

Enchiridion militis christi

ani: ab Erasmo compositū saluberrimis præceptis
refertum contra omnia viciarum irritamenta ef-
ficacissimis: & ratio quædam veri Christianismi.



Alardus Aemstelredamus Lectori.

Vis recta superas adire sedes?
Mundo, dæmone, carne, despicias
Vitam degere visq; Christianam?
Hunc asciscè tibi ducem libellum
Emunctum, graphicum, bonæ refertum
Frugis, multiugæ scaturientem
Doctrinæ, vsq; adeo salubris, vt nil
(Omneis excutias libros licebit)
In tuam magis esse rem putabis.

Vis scire, arma quibus queas in omnem
Instructus ruere expeditionem?
Absoluenda quibus sit institutis
Hæc quæ militia est misella vitæ
Mæandros superare visq; cæcos?
Technas, offutias, dolos, & astus.
Qui nos præcipites tenebricosa
Raptant per loca, triste per baratrum **Hunc &c.**
Qui notas scelerum facit latebras
Gryphas, præstigias strophas, retexens
Per compendia lucè clariora,

Vis tibi explicitos cauere casseis?
Vncos, illicia, esculenta, philtia,
Viscosam Cacadæmonumq; nassam,
Qua captos stigyas trahunt in ymbras,
Tractos, Herculeisq; Gordiisq;
Nodis vndiq; nos ligant, ligatos
Infandis laniant & vsq; & vsq;
Flagris, omnigenis necantq; diris. **Hunc asciscè**
Quo solo auspice nulla erunt pericla
Si doctus bene, non male exequaris.

Enchiridion militis Christiani.

Erasmus Canonicus ordinis sancti Augustini:
Aulico cuidam amico. salutem dicit.

Est flagitasti non mediocri studio frater in domino dilectissime: ut tibi compendiarium quandam viuendi rationem prescriberem qua instructus posses ad mentem Christo dignam peruenire. His enim te iam pridem au-
hee vite pertesum/hoc tecum agitare/quopacto queas egyptum/vna cum suis et vicis et delictis effugere/ac Mose duce/ad virtutum iter feliciter accingi. Quo mihi charior es/hoc impetius gratulor tuo tam salutari proposito: quod spero/vel citra nostras operam fortunabit prouebetq; ipse: qui dignatus est excitare. Ego tamen nimisq; libens parui: vel homini tam amico: vel tam pia postulanti. Tu modo annitere: ne vel ipse nostrum officium sine causa videare flagitasse/vel ego sine fructu tue moerem gessisse voluntati. Imo votis communibus benignum illum Jesu spiritum imploremus. ut et mihi scribendi suggerat salutaria: et tibi ea reddat efficacia.

Vigilandum esse in vita.

Principio etiam atq; etiam memineras oportet: nil aliud esse vitam mortalium: nisi perpetuam quandam militiam: teste Job: milite longe tunc exercitatus: tu inuictissimus: nimisq; falli vulgus hominum. quorum animos mundus hic prestigiator/ blandissimis ludibris tenet occupatos: qui perinde ac si ias debellatum sit: intempestiuas agunt ferias: neq; proisus aliter/quin certissima pace: mirum quanta viuunt securitate: quamq; ociosi in vtramq; dormiant aurem/ quuz sine fine tot ferratis viciorum copys oppugnemur: tot captemur artibus: tot appetamur insidijs. Ecce tibi superne: in tuum exitium peruigiles excubant: nequissimi demones: mille dolis: mille nocendi artibus: in nos armati: qui mentes nostras telis igniferis lethalib; tinctis veneno moliuntur et sublimi configere: quibus quidem: neq; Herculi neq; Lephalo fuit vllum iaculum certius: nisi impenetrabili fidei scuto excipiatur. Tum rursus a dextra leuaq; a fronte pariter atq; a tergo/mundus hic nos oppugnat: qui iuxta Joannis vocem: totus in vicis est constitutus: eoq; Christo: tum infestus: tum etiam inuisus. Neq; vero simplex oppugnandi ratio. Interim enim rebus aduersis/velut aperto Marte sentiens: animi menia graui quatit ariete: interrim ingentibus quidem: sed vanissimis promissis/ad proditionem sollicitat: interq; actis oblique cuniculis/inexpectatus adrepat: vt

Moses et
pum gerit
Christi.
Egyptus
vite scele/
rate.

Job. vii.

Mundus
prestigiator.

Ferte cece
lebzande
bello con/
fecto.

inter oscitantes ac securos opprimat. Postremo inferne quoq; lu-
bricus ille anguis: primus pacis nre proditor: nunc in virenti gra-
mine concolor abditus: nunc in cauernis illis suis delitescens: ce-
tenis contortus voluminibus non desinit: mulieris nostre: semel
corrupte calcaneis insidiari. Mulierem autem carnalem homi-
nis partem: intellige. Dec est enim Eua nostra: per quam versutis-
simus serpens ad moti feras voluptates mentem nostram illec-
tat. Porro autem quasi parum sit: sic vndiq; tantum hostium im-
minere: intus deniq; in ipsis animi penetralibus/ hostes ferimus
plusquã familiarem: plusquã domesticum: quo vt nihil interius:
ita nihil potest esse periculosius. Dic hic est vetus ille ⁊ terrenus
Adam: consuetudine plusquã ciuis: studio plusquã hostis: quem
neq; arcere vallo licet: neq; castris exigere fas est. Dic nobis cete-
nis est obseruandus oculis/ ne forte dei presidium aperiat demo-
nibus. Ergo quã tam formidabili tâq; difficili bello distringamur
omnes/ quinq; nobis res sit cum hostibus tam multis: tam in no-
stram perniciem iuratis atq; deuotis: tam vigilantibus: tam gra-
uatis: tam perfidis/ tam exercitatis: nos male sani contra nra
arma capimus: non excubias agimus: non omnia suspecta hat-
emus: sed per inde/ vt in rebus bene pacatis supini stertimus: cessa-
mus: voluptamur: atq; cuticulas (vt aiunt) curamus ociosi. Neq;
omnino secus: q; si vita nostra greca sit compotatio: non bellum/
ita pro castris ⁊ pellibus: i cubilibus volutamur: pro duris armis
rohe ⁊ Adonidis delicis redimimur/ pro militaribus studijs lu-
xui ⁊ ocio indulgemus. Pro martyris telis cubaram imbellẽ trac-
tamus. Quasi vero non ista pax/ bellum sit omnium teterrimum
Etenim qui cum vicys pacem inuit: cum deo in baptisinate percus-
sum fedus violauit. Et tu vesane clamas pax pax: quuz deum ha-
beas inimicum: qui solus ⁊ pax est: ⁊ pacis author. Claretq; recla-
mat ipse per os prophete non est inquiens pax impijs. Neq; eniz
proius alia est cum illo pacis conditio: nisi dũ in hoc presidio cor-
poris militamus: odio capitali summaq; vi: cum vicys belligere
mus. Alioqui si cum ys nobis conueniet: eum qui solus potest/ a-
micus beare: inimicus perdere: bis hostes sumus habituri/ simul:
quod ab illis stamus: cum quibus solus/ nihil conuenit deo (quid
enim conueniat luci cum tenebris:) simul quod ingrattissimi pac-
tam illi fidem non prestamus: ⁊ sanctissimis cerimonys ictum fe-
dus nepharie soluimus. An nescis o christiane miles/ am tuz quã
vniuersi lauachzi mysterijs initiabaris: nomen dedisse te duci chri-
sto: cui bis vitam debebas: pariter ⁊ donatam: ⁊ restauratam: cui
plusq; te ipsum debebas. Non succurrit te verbis conceptis: in tã

benigni Imperatoris iurasse sententiam: eius sacramentis veluti
 donarij authoratum: tuumq; ipsius diris deuouisse caput: si mi- Diris des-
 nus pacto stares: Quorsum attinebat crucis characterem impi- mouere.
 mi fronti tue: nisi vt quoad viueres: sub illius signis militares:
 Quorsum pertinebat sacro illius perungi ceromate: nisi vt cum In baptis-
 vitus eternum luctamen ingredereris: Quantus pudor: quanta mo votuz.
 pene publica humani generis execratio: quum a duce p[ri]ncipe de- Cruz vna-
 ficit homo: Tu quur ludibrio babes Ch[ri]stuz ducem tuum: neq; ctio.
 metu illius coercitus: quū sit deus: neq; amore prohibitus: quum
 tua causa sit homo: Luius etiam vocabulum p[re] te ferens: admo-
 neri debebas: quid illi promiseris. Quur ad hostes/ vnde te semel
 p[re]cio sanguinis sui redemit: perfidus defiscis: Quur bis trāsu-
 ga in hostilibus castris meres: Qua fronte audes contra tuuz re-
 gem signa infesta tollere/ qui pro te vitam impendit: Nam q[ui] pro
 illo non stat/ vt dixit ipse/ contra illum stat: z qui cum illo non col-
 ligit: dispergit. Meres autem nō solum sedo titulo: sed etiam in-
 felicissimo stipendio. vis audire stipendium tuum: tu quisquis mū-
 do militas: En tibi Paulus Ch[ri]stiane militie signifer respondet
 Stipendium inquit peccati mors. Quis vel speciosam miliciā
 suscipiat/ si mors proposita sit corporis: Tu vero tam sedam tole-
 ras: anime mortem mercedis loco reportaturus: in bellis illis in-
 fanis: que cuz hominibus homines: vel ferina rabie: vel certe mi-
 sera necessitate gerunt: nonne vides si quando militum animos.
 vel p[re]de promisse magnitudo: vel formidata victoris crudelitas
 vel opprobriate pudor ignaue/ vel laudum deniq; cupido stimula-
 nit: q[ui] alacribus studijs: quicquid est laboris exhauriant/ q[ui] vilem
 habeant vitam/ quanto ardore certatim in hostem aduersum ra-
 piantur: Et quantula queso te merces miseris tanto discrimine
 tantoq; studio petitur: Nempe vt ab homunculo imperatore col-
 laudari militari fremitu/ castrensicq; atq; in condita cantiūcula ce-
 lebrentur: vt corolla graminea aut quernis frondibus cingantur
 vt peculij plusculum domum referant. Nos contra neq; pudore:
 neq; premio accendimur: quum eundem babeamus nostri certa-
 minis spectatorem/ quem habituri sumus z remuneratorem. que
 vero victori premia proposuit noster Algonothetes: Paulus.
 tripodas. aut mulos: qualia apud Homeruz Achilles: apud Ma-
 ronem Eneas: sed que neq; oculus vidit: neq; auris audiuit/ neq;
 in cor hominis ascenderunt/ z hec quidem interim veluti laborū
 solacia impartit adhuc dimicantibus. Quid deinde: felicem im-
 mortalitatem. Sed in ludicris illis certaminibus/ in quibus po-
 tissima premij pars gloria est z victi sua numera fortiuntur. No-

bis summo atq; ancipiti periculo res geritur: neq; de laude/ sed
de capite certatur. Et vt summa merces proposita gnauiter ope-
ram nauanti/ ita summa decreta pena descrozi. Celum promitti-
tur strennue pugnanti: ⁊ non incalescit generose mentis viuida
virtus/ tam felicitis premij spe: Presertim promissi auctore illo
qui tam fallere non potest: q̄ non esse nequit. Seruntur omnia
sub oculis cuncta continentis dei/ habemus vniuersum celi cetū
nostri conflictus spectatores: ⁊ non vel pudore accendimur: Lol
laudabit ille virtutem nostram/ a quo probari: suprema felicitas
est. Quin hanc gloriam vel vite dispendio petimus: Ignauum
pectus est: quod nullis premijs excitatur: at solent ⁊ ignauissimi
malorum metu expergefieri. At illic quidem hostis/ vt sit violen-
tissimus/ in fortunas atq; in corpus sequit. Quid autem amplius
in Dectorem potuit/ crudelissimus victor Achilles: At hic sequi-
tur in immortalem tui partem. Neq; cadauer tuum circum se-
pulchrum trahitur: sed corpus pariterq; anima ad inferos de-
mergitur. Illic extrema calamitas/ vt animam a corpore victor
gladius auferat: hic ipsi anime sua vita eripitur deus. Nature est
interire corpus: quod etiam si nullus occidat/ tamen non emou-
non potest. At aiaz mori: infelicitatis extreme est. Corporeculi vul-
nera: quanta cautela depellimus/ quanta sollicitudine medemur
⁊ anime vulnera negligimus: Corporeis interitum/ immane. quā-
sum hoiremus: propterea quod oculis videatur corporeis. Ani-
mam vero morientem quoniam nemo videt: pauci credunt: pau-
cissimi formidant/ quum sit hec mors illa morte tanto atrocior:
quanto corpore prestat anima/ quanto anime deus. Vis tibi con-
iecturas quasdam commensrem: quibus anime deprecandas
vel morbum: vel interitum: Male concoquit stomachus: cibum
non continet. Corporeis morbum intelligis. Non tam panis ci-
bus est corporeis: quam anime cibum verbum Dei. Id si tibi ama-
rum est: si nauseam sapit: quid adhuc dubitas quin anime tue pa-
latum morbo sit infectum: Si non continet/ si non concoctum in
viscera traicit: euidens habes argumentum valitudinariam es-
se animam. Quum genua labant/ ⁊ membra vite egra trahuntur:
corpus male habere cognoscis / ⁊ non colligis. animi morbum
quum ad omnia pietatis officia languet: nauseatq; quum ne leui
quidem contumelię ferendę robur suppetit: quum paululo pecu-
niole dispendio frangitur: posteaquaz oculos destituit visus: vbi
desierunt audire aures/ posteaquaz constupuit omne corpus/ ne-
mo dubitat/ quin emigrarit anima. Tu quum dabeas cordis ocu-
los obscuratos. vt euentissimum lumen: quod est/ veritas/ non

videas: quum vocem diuinam internis auribus non percipias: quum omni proflus sensu careas: viuere credis animam. Uides fratrem indigna patientem. nihil comouetur animus: modo tua res sit incolumis. Quur nihil hic sentit anima: Nempe quia mortua. Quare mortua: Quia non adest illius vita/deus. Si quidem ubi deus/ibi charitas. Deus enim charitas est. Alioqui si uiuum es membrum: quur illa pars corporis dolet: te non modo non dolente. verum ne sentiente quidez: Accipe signum: uon paulo etiam certius. Defraudasti amicum: cominifisti adulterium: capitale uulnus accepit anima: et tamen adeo tibi non dolet/yt etiaz quasi de lacro gaudeas. iactas quod turpiter admisisti. Certum habe mortuam iacere animam. Non uiuit corpus: si punctiorem acicule non sentiat/et uiuet anima: que tanti uulneris sensu vacat: Audis quempiam sermones impios: tumidos: maledicos: impudicos/obscenos/proferentem/verbis rabiosis in proximum debachantem/ceterosque ista homini uitam esse animam: Facet in sepulchro peccatoris putre cadauer/unde eiusmodi fetores exhalantur. et proximum quemque inficiunt Christus phariseos sepulchra dealbata/ uocat. Quid ita: Nempe/quia mortuam animam secum circumferebant. Et regius ille propheta/sepulchrum inquit patens guttur eorum: linguis suis dolose agebant. Piorum corpora templa sunt spiritus sancti/ impiorum sepulchra cadauerum/ ut potissimum in eos quadret illa grammaticorum etymologia *ὄστρον* quasi *ὄστρον* Sepulchrum pectus: guttur et os hiatus sepulchri. Neque ullum corpus tam mortuum est desitutum anima. Quam mortua est anima relicta a deo. Neque ullum corporeum cadauer/ sic obolet naribus hominum/yt fetor anime sepulchre/iam quadriduum offendit nares diuinas omniumque celitum. Ergo cum uerba mortua proficiuntur e pectore/cadauer intus cubet necesse est. Nam quum iuxta uocem euangelicam ex abundantia cordis os loquatur/mimirum uiua uerba dei loqueretur/si illic adesset uita deus. Contra in euangelicis litteris Christo dicunt discipuli: Domine quo ibimus: Uerba uite habes. Quur ita tandem uerba uite Nempe quod ab eo manaret anima a qua nunquam uel momento discesserat diuinitas/que et nos uite restituit immortalis. Sed egrotati corpori/paulo succurrit medicus. Corpus exanime non raro renouantur ad uitam et homines per. Animam uero mortuam/non nisi singulari gratuitaque uirtute resuscitat deus/ac ne resuscitat quidem si mortua corpus reliquerit. Tum corporeque mortuo aut nullus/ aut certe breuissimus est sensus: ale sempiternus. Et quam alioqui plusquam mortua sit, tamen ad mortis sensum quoz

damodo est immortalis. Proinde quum tam notto periculo nos
bis sit dimicandum: quis ille stupor: que securitas: que supinitas
animi nostri: quem tanti mali metus non acuit: Et e diuerso ni-
bil est quod te vel periculi magnitudo/ vel hostium copie/ vires/
artes/ consenserent animo. Succurrat q̄ grauem habeas aduersa-
rium/ succurrat e regione/ q̄ presentem habeas opulatozem. In
numerabiles aduersus te: sed qui pro te stat/ vnus plus potest om-
nibus. Si deus pro nobis/ quis contra nos: Si ille sustinet/ quis
deiciet: Tu modo victorie votum toto pectore concipe. In mens-
tem veniat/ non tibi cum integro hoste rem esse/ sed cum eo/ qui
iam olim factus/ fusus/ exutus atq; adeo triumphatus sit a no-
bis/ sed in Christo capite nostro/ a quo procul dubio vicissim vin-
cetur/ & in nobis. Tu modo cura vt sis in corpore/ & omnia pote-
ris in capite. In teipso quidem nimis es imbecillus. in illo nihil
non vales. Proinde ne anceps quidem est nostri Martis exitus
propterea quod neutiquam a fortuna pendeat victoria: sed ea om-
nis in manu sita sit dei/ ac per eum nostris quoq; in manibus. Ne-
mo hic non vicit/ nisi qui vincere noluit. Auxiliatoris benignitas
nulli defuit vnquam: si caueris/ ne benignitati illius desis ipse.
viciisti. Pro te pugnabit/ & liberalitatem suam tibi pro merito im-
putabit. Victoriain omnem illi feras acceptam oportet/ qui pri-
mus & solus a peccato immunis/ peccati tyzannidem oppressit/
verum ea tibi non sine tua continget industria. Nam qui dixit/
confidite: quia ego vici mundum magno te vult animo esse/ non
seculo. Ita demum per illum vincemus/ si illius exemplo pugna-
bimus. Quare sic inter Scyllam & Charybdimq; medius quidam
cursus est obtinendus/ vt neq; diuina gratia fretus/ securius agas
atq; solutius/ neq; belli difficultatibus exanimatus/ animu simul
cum armis abicias.

De armis milicie Christiane.

Atq; illud in primis arbitror ad huius milicie disciplinam perti-
nere/ vt q̄ maxime cognitum meditatunq; habeas/ quo potissis-
imum armorum genere: quibus cum hostibus oporteat congres-
di. Tum vt ea semper in expedito habeas ne quando possit insi-
diator ille versutissimus/ inermem opprimere. atq; inopinantem.
In vestris bellis/ non raro licet interquiescere/ vel quum hibernat
hostis/ vel quum intercedunt inducie. Nobis donec in hoc corpo-
re militamus/ ne digitum quidem transuerfum/ vt aiunt/ licet ab
armis discedere. Nunquam non standum pro castris/ nunquam
non excubandum/ quia nunq; cessat hostis noster. Imo quum trans-

quillus est/ quū fugam. aut Inducias simulat/ tūm vel maxime mo-
litur insidias/ neq; vnq; cautius excubias oportet agere/ q̄ quum
pacis species exhibet/ nūquā minus trepidandum/ q̄ cum aperto
Marte nos adozitur. Ergo p̄ma cura fit: ne inermis sit animus
Armamus corpusculū hoc/ me timeamus sicut latronis: non arma
bimus mentes/ vt in tuto sit: Armati sunt hostes vt perdant/ nos
piget arma capere/ ne peream⁹: Vigilant illi vt perimant/ nos nō
vigilamus/ quo finis incolumes: Sed de armatura Lbristiana
speciatim suo loco dicetur. Interim vt summati dicaz/ duo p̄ci-
pue paranda sunt arma ei cui fit cū septē illis gentibus Lbananeo
Letheo/ Amoreo/ Pberesio/ Bergezeo/ Eueo/ Jebuseo/ hoc est
cū vniuersa vitiozū cohorte pugnandū/ quozū septem capitalia po-
tissimum numerantur p̄catio/ ⁊ scientia. Semper armatos esse
vult Paulus qui sine intermissione iubet orare. P̄catio p̄tra in
celuz subducit affectuz: arcem videlicet hostibus inaccessaz/ scien-
tia salutaribus opinionibus communit intellectū/ ita vt neutram
alteri deesse oporteat. Alterius sic altera poscit opez res/ ⁊ conue-
rat amice. illa quidem exorat: sed hęc suggerit quid fit oranduz/ vt
ardenter oret/ ⁊ iuxta Jacobū nihil desitans/ fides spesq; p̄stant
vt in nomine Jesu. i. salutaria petas: scientia cōmonstrat. Audie-
rūt ⁊ filij zebedei/ a Lbristo: nescitis quid petatis. Sed oratio qui
dez potioz/ vt que cum deo sermones misceat/ at scientia non mi-
nus necessaria tamen. Egypto profusus/ nescio an satis tuto te tā
longo tamq; difficili itinere cōmissurus sis: nisi dnobus his duob;
bus: Mose ⁊ Aaron. Harō sacris p̄fectus/ orationis gerit typū
Moses legis cognitionez significat. Sed vt scientiaz oportet. nō
esse mancaz. ita orationez non conuenit esse ignauaz. Oratio: is
armis pugnāt cū hostibus Moyfes/ sed manibus in altū. subla-
tis. Quas simul atq; demiserat: fit inferior Israhel. Tu fortasse
cū oras/ hoc modo spectas/ quantuz psalmozū permurmuraris: ⁊
multiloquuz orandū virtutez arbitraris. Quod viciū potissimuz
est eozū: qui adhuc in littera sunt infantes: neq; ad spiritus matu-
ritatem adoleuerunt. Sed audi quid apud Matheus nos docet
at Lbristus. Orantes autem/ inquit/ nolite multum loqui/ sicut
ethnici faciunt/ putant enim quod in multiloquio suo exaudian-
tur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enīz pater vester: quid opus
sit vobis/ anteq; petatis eū. Et Paulus decez milia verborum in
spiritu/ hoc est oretenus pronuntianda/ contemnit/ p̄e quinq; in
sensu proferendis. Moyfes nullaz edebat voces; ⁊ tamen audie-
bat: quid clamas ad me: Non strepitus ille labiozum: sed ardens
animi. votū tanq; intentissima quepiam vox ferit aures diuinas.

Capit. vi.

Manna
Bqua de
petra scie-
tia.
Sacraruz
scriptura-
rum.

Tu igitur hoc tibi familiare facias: simul atq; igneris hostis: vbi te relicta vicia sollicitant: vt statim mentem cum certa fiducia ad celum erigas vnde veniet auxilium tibi: sed eodem tollantur ⁊ manus. Tutissimuz est pietatis officijs occupari: ⁊ opera tua non ad terrena studia. sed ad **L**ibustuz referantur. Sed ne scientie subfidia contempnas/illud considera. Antea satis erat israhel hostez effugere/ at non prius sibi fidit/ vt **A**malechiten prouocet vt minus experiatuz q̄ esset manna celesti. ⁊ aqua de petra scatente refectus. Dis epulis confirmatus egregius ille bellator **D**avid. vniuersam hostiū cohortem contemnit. Parasti inquam in conspectu meo mēsaꝝ/ aduersus omnes qui tribulant nos. **C**rede mihi frater animo meo charissime. nulla tam vehemens hostiū impressio. id est nulla tam valida tentatio. quam ardens sacrarū literarum studiū non facile retundat/ nulla tam tristis aduersitas: quaz non reddat tolerabilem. Atqui ne videar audaculus interpres. (quanq̄ possem me magnis authoribus tueri) quid aptius arcane legis scientiaz adumbrare queat. q̄ manna: principio eni quod non e terra prouenit: sed celitus depluit/ discrimen vides inter humanas ⁊ diuinas literas. omnis enim scriptura sancta diuinitus est inspirata atq; a deo auctore profecta. Quod minutū/ sermonis est humilitas/ sub verbis pene sordidis/ ingentia mysteria claudentis. Quod candidū. Nulla mortaliū doctrina est: que non sit aliquo nigroze erroris viciata. **S**ola **C**hristi doctrina tota nitida. tota candida. tota sincera est. Quod rigiduz est atq; subsasperū/ mysteriū litera obiectū exprimit. Superficiem ⁊ quasi filis quam si quis attrectet. quid durius atq; insuauius: Non nisi tunc **M**anna gustauerant/ qui dicebant. Durus est hic sermo/ ⁊ quis potest eū audire: Erue sensuz spiritalem iā nihil suauius/ nihil succulentius. deniq; māna **D**ebreis sonat: qd est hoc: quod ⁊ ipsum pulchre quadrat in diuinā scripturā/ que nihil habet ociosum: sed ne apicē quidē. non dignū vestigatione. non dignuz admiratione nō dignū bacvoce qd est hoc. **A**quaz vero noie sciaz diuine legis significare. familiare est spiritui sancto. legis aquas refectionis/ su per quas **T**e gloriatur educatū **D**avid. legis aquas. quas sapientia diriuat in capita vitarū omnium. legis flumen illud mysticum. in quod ingressus **E**zechiel vado transire non poterat/ legis puteos quos foderat **A**brabaz. quos terra oppletos a philiteis denuo restituit **I**saac/ legis fontes duodecim. ad quos paragratis quadraginta mansionibus. iam fatiscentes respirant israhelite. **L**egis ⁊ in euangelio puteum: supra quem itinere fessus assedit **J**esus. **L**egis aquas syloe ad quas idem mittit cecum vt yisum recipiat.

Legis aquam in peluim missam abluendis apostolorum pedibus. Et ne singula recenseam: hoc significatur/frequens mentio est in arcanis literis/ puteorum/ fontium/ fluminum/ qua nobis nihil aliud: q̄ mystice scripturę diligens vestigatio commendatur. Quid enim aqua in terrę venis abdita nisi mysterium obducentum littera: Quid eadem ad scatebram elicitā: nisi mysterium erutum atq; explanatur. Quod vbi ad auditorum edificationes: longe lateq; propagatur/ quid iam prohibet flumen appellare? Ergo si te totum studio scripturarum dedicabis/ si in lege domini meditaberis die ac nocte: non timebis a timore nocturno siue diurno/ sed ad omnem hostium insultum munitus atq; exercitius eris. Neq; equidem vsquequaq; improbauerim ad hanc militiam/ velut tyrocinio quodam preludere in litteris poetarum & philosophorum gentilium: modo modice ac per etatem quis eas attingat: quasi in transcurso arripiat: non autem immoretur & veluti ad scopulos syreneos consenescat. Nam ad hec quoq; studia vocat diuus Basilius adoleſcētuſ: quos ad Christianos mores instituit: & ad musas reuocat licentium suum noster Augustinus. Neq; penitet adamate captiue Hieronymum. Laudatur Lyprianus: quod Egyptus spolys templum domini locupletari: verum nolim te cum gentilium litteris: gentilium & mores haurire. Alioqui permulta reperies & illic ad recte viuendum conducibilia: neq; aspernandū/ quod etiam ethnicus auctor bene monet: quandoquidem nec Moyses Iethro socii sui consiliū est aspernatus. Singunt ille litterę vegetantq; puerile ingenium atq; ad diuinarum scripturarum cognitionem mire preparent: ad quas illico pedibus manibusq; illotis irrumpere: pene sacrilegi genus est Hieronymus eorum impudentiam taxat qui modo a secularibus studijs profecti/ audent diuinas tractare scripturas/ at quanto faciunt impudentius: qui ne gustatis quidem illis/ istuc ipsum audent. Sed vti diuina scriptura/ non multum habet fructus si in littera perſiſtas bereasq;: ita non parum vtilis est Homerica Vergilianaq; poesis/ si memineras tam esse allegoricam. Id quod nemo negabit: qui modo veterum eruditionem vel summis labijs degustarit. Obscenos autem poetas: si asferim oīno non attingere: aut certe nō introspicere penitus: nisi forte noueris descripta magis horzere vicia/ & cōtentiōe turpiū: vebementius amare honesta. Et philosophis aut Platonicos te seq̄ malim: propterea/ quod quū pierisq; sniis: nī ipso dicēdi charactere q̄ proxime ad prophetica euangelicāq; figurā accēdūt. Breuiter omnē etōnicā literaturā delibare profuerit: si quidem

quatenus conueniat exerceri i litteris gentilium.

id fiat vt dixi / r annis idoneis / r modice / tu3 cautim r cur3 delectu. Deinde cursu3 / r peregrinantis nō habitantis more. postremo quod est precipuu3: si omnia ad Christū referantur. Sic enim mūdis omnia munda sunt: quū immundis contra nihil sit mundus. Neq3 vicio tibi vertetur si Salomonis exemplo sexaginta reginas / octoginta concubinas: r innumerabiles secularis sapientię puellas domi alas / modo diuina sapientia / preter ceteras sit unica tua: formosa tua / columba tua. Et israelites amat alienigenas barbaramq3 forma captus / sed capillis derasis / ynguibus p̄secutis / ex allophila facit israelitidem. Et Osee fornicarias ducit / veruz ex ea liberos tollit nō sibi / sed domino Sabaot3 / sanctumq3 prop̄ete stupuz / dominicaz auget familias. Deh̄et posteaq3 Egyptū reliquerant: aliquādu consperso viuēbant: sed hic cibus temporarius erat: neq3 ad tantaz p̄fectionez poterat suppetere. Ergo eo mox fastidito / ad manna quantuz potest / properanduz celestis sapientię / que te affatim alet animabitq3 / donec prop̄ositi victor peruenias ad palmas illas / premij / nunq3 desituri. Sed interim etiaz atq3 etiam meminere / non oportere nisi lotis manibus id est summa animi puritate tractari diuinas literas: ne tibi antidotum tuo vicio vertatur in venenum: r manna tibi putrescat nisi in viscera affectus traieceris. eueniat autez quod illi Oze qui non veritus est arce nutanti prop̄banas admoliri manus / r improbum officium subita morte luit. Prīmū est: vt de eis literis digna sentias. Oracula mera / vt sunt / esse puta de diuine mentis a dyto p̄fecta. Afflari te numine / affici / rapti: transfigurari ineffabili modo senties. si gloriose / si cū veneratione / si humiliter adieris. Videbis sponsi beati delicias / videbis opes ditissimi Solomonis / videbis abditos thesauros eterne sapientię: sed caue improbe irrumpas in conclaue: humile est hostium: vide ne capite impingas ac resilias. Sic porro existima / nihil taz veruz esse / eorū que vides oculis: que manibus contrectas: q̄ que ibi legis. Ut celuz. vt terra intereant: certe de verbis diuinis ne vnum quidez jota aut apiculus interiturus est / quin omnia fiant. Ut mētiantur: vt errent homines: veritas dei / neq3 fallit / neq3 fallitur. Ex interpretibus diuine scripturę eos potissimū delige / qui a littera q̄ maxime recedunt. Cuiusmodi sunt imprimis post Pauluz Origenes: Ambrosius. Hieronymus. Augustinus. Uideo eniz neotericos theologos literę nimiaz libenter inherere: r captiosis quibusdam argutis magis / q̄ eruendis mysterijs operaz dare / quasi vero non vere dixerit Paulus: legez nostraz spiritalem esse. Audi diui ego nonnullos / qui sibi vsq3 adeo humanis illis cōmentati:

Quid sit
 consperso
 viuere.

Qui potis
 simuz the
 ologi ad
 bonaz mē
 tez condu
 cant.

veteres the
 ologi sicut
 docet

unculis placebant/ut veterum interpretamēta pene pro somnijs
 contemnerent/tantumq; illis fiducie Scotus faciebat/ut ne lec-
 tis quidem vnq; sacris literis/et tamen absolutos theologos pu-
 tarent. Qui etiam si arguissimā dicant/an spiritus sancto digna di-
 xerint/aliorum esto iudicium. Tu si magis spiritu esse vegetior/q;
 ad contentionem instructor/si saginam anime queris/ magis q;
 ingenij puritatis/veteres potissimum euolue: quorum et pietas spe-
 ctatio: et eruditio vberior/antiquiorq; et oratio neq; ieiuna/neq;
 sordida: et interpretatio sacris mysterijs acomodatio. Neq; ve-
 ro hoc dixerim/quod neotericos contemnam: sed quod vtiliora
 preferam: tuoq; proposito conducibilia. Habet autem spiritus
 ille diuinus suam quādam linguam: suasq; figuras/que tibi sunt
 in primis diligēti obseruatione cognoscende. Balbutit nobis di-
 uina sapientia: et veluti mater queplaz officiosa ad nostram infan-
 tiam voces accommodat. Lac porrigit infantulis in Christo: bo-
 lus infirmis: tu vero festina adolescere et ad solidum propera ci-
 bum. Dimittit illa sese ad tuam humilitatem: ut tū cōtra ad illius
 sublimitatem assurgas. Monstri simile est/semper infantes esse/ni-
 mis ignauium non desinere infirmum. Magis sapienter magis pas-
 cet vnus versiculi meditatio: si rupta filiqua medullas erueris: q;
 vniuersum psalterium ad litteram tantum decantatum. Quod q;
 dem ego hoc diligentius admoneo: quod re ipsa cognitum habe-
 am: errorem hunc non vulgi modo animos passim occupasse: sed
 et eorum qui vestitu et nomine perfectam religionem profitentur
 vt putent summam pietatem hac vna in re sitam: si q; plurimum
 psalmodum vit etiam ad litteram intellectuum: quotidie percen-
 seant: neq; aliud in causa esse iudico/monastica pietatem sic vbiq;
 frigare: languere/euanescere/q; quod in litera consenscunt/neq;
 ad spiritalem scripturarum cognitionem elaborant. Neq; audiunt
 Christum in euangelio clamantem Caro non prodeit quicq;. spi-
 ritus est/qui uiuificat/non Paulum magistro astruentem/ littera
 occidit/spiritus est qui uiuificat. Et scimus quoniam lex spiritalis
 est/non carnalis. Et spiritalibus spiritalia comparanda. Olim in
 monte: nunc in spiritu vult adorari pater spirituum. q; haud as-
 pernor eorum imbecillitatem: qui mētis inopia: quod vnum pos-
 sunt/faciunt/mysticos psalmos simplici puraq; fide pronuncian-
 tes. Imo quemadmodū in precaminibus magicis voces quedam
 nē ab ys quidem qui eas pronunciant intellectu/efficaces tamen
 esse creduntur: ita diuina verba q; parum cognita tamen pro-
 desse credendum est ys/a quibus syncera fide puroq; affectu vel
 dicantur: vel audiuntur. Angelosq; qui adsunt atq; intelligūt: ad

Christe

Origenis
ca similis
tudo.



b ij

opem ferendam inuitari. Neq; vero Paulus contemnit eos qui
 spiritu psallunt: vel qui linguis loquuntur: sed ad scetanda cbaris
 mata meliora hortatur. At que si cui non contingit eniti: vicio no
 animi sed nature: certe non obstrepat is: qui potiora conantur.
 Et iuxta Pauli vocem: qui manducat: non manducantem non
 spernat: / et qui non manducat/manducantem non iudicet. Te ve
 ro qui ingenio ta felici peditus es: omnino nolim in sterili litera
 lentum esse: sed ad reconditiora mysteria festinare: / et improbum
 conatum industrie: crebris precibus adiuuare: donec aperiat tibi
 librum septem signaculis obfirmatum: is qui habet clauem Da
 uid/ qui claudit: / et nemo aperit: arcana patris: que nemo nouit ni
 si filius: / et cui voluerit filius reuelare. Sed quonam nostra dela
 bitur oratio: Propositum erat: vt tibi vite non study formaz pes
 scriberemus. Verum huc defleximus/ dum tibi conamur offi
 cinam idoneam commostrare: vnde debeas/ noue militie tue no
 ua arma petere. Ergo vt ad institutum reuertamur/ si ex libris ge
 tilium optima queq; decerpseris: atq; apiculę exemplo per om
 nes veterum hortulos circumuolitans: pegeritis venenis/ suc
 cum modo salutare ac generosum exueris / animum tuum:
 ad communem quidem vitam: quam et bicam vocant/ reddides
 ris non paulo armatiorem. Sunt enim profecto / et illorum Pal
 ladi sua quedam arma neutiq; contemnenda. Chrysi autem esse
 puta/ quicquid vsq; veri offenderis. Verum diuina illa / et vt poe
 te loquuntur) Vulcanis Panopliamullo telo violabilis: non nisi
 ex arcantarum literarum armamentario depromitur. In quo Da
 uid noster imperator: vniuersum belli apparatus suis militibus
 reposuit: quibus cominus eminusq; pugnent cu preputiatis Pbi
 listeis. Dis armis neq; Achilles Domericus tectus erat: / et si fini
 gitur: neq; Eneas Vergilianus: quorum alter ira / alter amore/
 tam turpiter vincebatur. Neq; absurde dictum: quod ea non in
 humanis officinis exauduntur: sed in ea que Vulcano est cum mi
 nerua communis (Nam Mineruam artibus atq; ingenys. Vul
 canum igni perficiunt deorum figuli poete. Id quod ego tum de
 mum vere fieri existimo: quum videlicet honestis artibus excul
 tum ingenium/ sic diuini amoris ignis communuit. vt etiam si fra
 ctus illabatur orbis. Impavidum feriant ruine. Sed ante super
 bi. Saulis arma reicias oportet/ que magis oneri sunt q; viui: / et
 cum Holiad congressurum Dauid/ grauant non iuuant. Deinde
 de ripa torrentis mystice scripture: quinq; colligas lapillulos. que
 forte quinq; sunt verba Pauli: que loquitur in sensu) postremo
 fundibula dextram armes. Dis deum armis prosternitur vnus

ingenio peditus
 to hinc
 nris mribit

Dit. inctor
 nate ppositie

Arms
 Saulis

Quinq;
 lapilli.

cus ille noster hostis superbię pater Sathanas. Quem & caput no-
strum Christus Jesus: quomodo tandem deuicit? Nonne quum
tentanti diuine scripture verbis responderet/ quasi petitis de toxen-
te lapillis frontem inimici percussit? Uis autem audire Christia-
ne palladis arma? Et accipiet (inquit) armaturam zelus illius: &
armabit creaturam ad vltionem inimicorum, Induet pro thorace
iusticiam/ & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum
inexpugnabile equitatem/ acuet autem diram iram in lancea. Le-
gis & apud Esaiam/ indutus est iusticia vt lorica/ & galea salutis in
capite eius. Indutus est vestimentis vltionis/ & opertus est quasi pal-
lio zeli. iam si libet Pauli non instrenui ducis adire promptariu
nimis inuenies & illic arma nostre militię non carnalia/ sed po-
tentia deo/ ad destructionem munitiõnum/ cogitationes destrue-
tes: & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã dei/
Inuenies armaturam dei/ qua possis resistere in die malorum. In-
uenies arma iusticię a dextris & a sinistris/ inuenies laterum munimẽ-
tum veritatem/ & lorica iusticię/ scutum fidei/ in quo possis vni-
uersa maligni tela ignea extinguere/ inuenies & galeam salutis &
gladium spiritus/ quod est verbum dei. Quibus oĩbus si quis erit
diligenter tectus atq; munitus/ is deniq; poterit animosam illaz
Pauli voces interpidus emittere. Quis ergo nos separabit a cha-
ritate Christi/ tribulatio. an angustia/ an fames/ an nuditas/ an pe-
riculum/ an persecutio/ an gladius: vide quantos hostes/ q; omni-
bus formidatos/ ipse pro nihilo ducat. Sed audi quiddam etiam
fortius: Nam sequitur. sed in his omnibus superamus/ propter
eum qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neq; mors neq; vi-
ta/ neq; angeli/ neq; principatus/ neq; virtutes/ neq; instantia/ ne-
q; futura/ neq; fortitudo/ neq; altitudo/ neq; profundum/ neq; cre-
atura alia/ poterit nos seperare a charitate dei/ que est in Christo
Jesu. O felicem fiduciam/ quam prestant Paulo/ id est pusillo bo-
mini arma laicis/ qui se etiam proiectamentum huius mundi ap-
pellat. Talis igitur armature vim sacre littere tibi suppeditabit/
si toto pectore i eis versaberis/ ita vt nostris monitis nihil sit opus
Sed quoniam tu ita vis/ ne tibi non morigeri fuisse videamur:
enchiridion hoc est pugniunculu modo quendam excudimus: que
nunc de manu deponas/ ne in conuiuio quidem aut in cubiculo
vt etiam si quando cogaris in huius mundi negocijs peregrina-
ri/ iustamq; armaturam granaberis circumferre/ non committas
tibi/ vt vltio momẽto insidiator ille/ opprimat te proius exarmatus
saltẽq; non pigeat hunc gladiolu tecu habere/ qui neq; onerosus
erit gestatu/ neq; inutilis ad tutelã. Est eni perpusillus/ quo tibi si ad
b. iiij.

116
nd
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

116 y 14

bibita fidei parmula scite vteris: facile sustinebis tumultuariam
hostis assulsi: ne quod lethale vulnus accipias. Sed iam tempus
est/ vt vtendi rationem quandam experiamur tradere/ quam si tu
diligenter ad exercitationem accommodabis fore confido/ vt te
victorem imperator noster Christus ex hoc presidio in suam ciui-
tatem Hierusalem transferat ouantem/ vbi nullus omnino belli
tumultus/ sed pax immortalis: ac perfecta tranquillitas/ quum in
terim omnis spes salutis in ferro sita sit.

Caput esse sapientie/ vt temetipsum nois: deo duplici
sapientia falsa & vera.

Patet igitur summum illud est bonum/ ad qua omnia sua
studia: mundi quoque amatores referunt: sed falsam: vt
dictum est. Eandem & philosophi suorum dogmatum
sectatoribus falso pollicebantur. Christus enim vnus
eam donat: quam mundus non potest dare. Ad hanc peruenien-
di vna ratio est/ si cum nobis ipsis bellum geramus: si cum vicijs
nostris acriter depugnemus. Cum bis enim hostibus implacabi-
li odio dissidet deus pax nostra: quum natura sit virtus ipsa/ virtu-
tumque omnium parens & auctor. Atque ex omnium viciozum ge-
nere contracta colluuijs. a Stoicis fortissimis assertoribus virtu-
tis. Stulticia vocatur/ in nostris literis malicia dicitur. Idem vt
omnibus suis numeris absoluta probitas: vtriusque sapientia nomi-
natur. Maliciam autem/ nonne iuxta sapientis oraculum vincit
sapientia: Malicie pater atque princeps est rector ille tenebrarum
Belial: cuius ductum quisquis sequitur/ in nocte ambulans ad no-
ctem properat eternam. Contra sapientie auctor/ atque ipsa adeo sa-
pientia Christus Jesus/ qui verum est lumē/ stulticie mundane no-
ctem solus discutiens: splendor paterne glorie/ qui nobis in se re-
nat: vti factus est redemptio atque iustificatio/ teste Paulo: ita sa-
ctus est & sapientia. Nos inquit predicamus Christum crucifixum
Iudeis quidem scandalum/ gentibus autem stulticiam/ ipsis autē
vocatis Iudeis atque Grecis Christum dei virtutem: ac dei sapien-
tiam. Per quam ipsius exemplo: nos quoque de hoste malicia/ tri-
umphu referre queamus/ si modo in eo sapuerimus: in quo & vin-
cemus. Hanc tu contempta seculi sapientia amplectere: que men-
dacissimo titulo sese venditat stultis/ quum iuxta Paulum nulla
verior sit stulticia apud deum: quam terrena sapientia: dediscenda ei
qui vere cupiat sapere. Si quis videtur iniquus inter vos sapiens
esse in hoc seculo/ stultus fiat/ vt sit sapiens. Sapientia enim huius
mundi stulticia est apud deum. Et paulo superius scriptum est eni

perdam sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium repro-
babo. Ubi sapiens: ubi scriba: ubi inquisitor huius seculi: Nonne
stultam fecit deus sapientiam huius mundi: Nec dubito quin iam
nunc odiose tibi obstreperant: stulti isti sapientes / et ceci cecorum du-
ces / delirare te / desipere / insanire claudicantes quod ad Christum
pares desciscere. Hi sunt nomine dumtaxat Christiani: ceterum
doctrinæ Christi: tum irrisores: tum oppugnatores. Uide ne quid
istorum blateramenta te permoueant: quorum miseranda cecitas /
deploranda potius: quàm imitanda. Quod est enim istud preposterum
sapientiæ genus: in rebus nugatoris nihilque / imo ad turpitudinẽ
tantum esse catum et callidum / in his vero: que sola ad salutem no-
stram pertinent: non ita multo plus pecude sapere: Paulus vult
nos esse sapientes / sed in bono / simplices autem in malo. Sapient
isti: ut inique agant / bene autem facere nesciunt. Et quum facun-
dus ille poeta Grecus ad nihil utilem hominem censeat / qui neq; Ihesiodus
ipse per se sapiat: neq; bene monenti obtemperet / qua tandem in
classe ponentur isti / qui quum turpissime desipiant: tamen non de-
sinunt obturbare / ridere / deterrere eos qui iam respiciunt: Verum
irrisor nonne irridebitur: Qui habitat in celis / vicissim irridebit
illos: et dominus subsannabit eos. Legis in libro sapientiæ. Uide-
bunt enim et contemnent eum / illos autem deus irridebit. Ab im-
probis rideri pene laudari est: certe gloriosum capitis nostri: et a-
postolorum emulos fieri. At horrendum profecto a deo irrideri.
Ego quoque inquit sapientia / in interitu vestro ridebo / et subsanna-
bo quum vobis id quod timebatis aduenerit / videlicet / quum se-
ro iam exprobrati dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in
derisum / et in similitudinem improperij. Nos insensati vitam il-
lorum estimabamus insaniam. et finem sine honore. Animalis ista
et / ut Jacobus ait / diabolica est sapientia: ac deo inimica / cuius fi-
nis interitus / quippe quam semper affectatur pedissequa pestilens
arrogantia / arrogantiam animi cecitas / cecitatem affectuum ty-
rannicis / affectuum tyrannidem vniuersa viciozum seges / et licen-
tia quiduis peccandi. Licentiam istam sequitur consuetudo. con-
suetudines infelicissimus animi stupor / quo fit / ut et mali sensu ca-
reant. Stupentes mors occupat corporis / quam mors excipit se-
cunda. Uides ut summi mali mater est mundi / sapientia. De Chri-
sto vero sapientia / quam mundus stulticiam putat: ita legis. Ve-
nerunt autem mihi pariter omnia bona cum illa: et innumerabi-
lis bonestas per manus illius. et letatus sum in omnibus / quoni-
am antecedebat me ista sapientia / et ignorabam quoniam bono-
rum omnium mater est. Hęc enim modestiam et mansuetudines

comitem dicit. Mansuetudo nos diuini spiritus reddit capaces. Super humilem enim et mansuetum gaudet requiescere, qui simul atque septeno illo charismate mentem nostram imbuerit, tu demum pullulascit felix illa seges virtutum omnium, cum fructibus illis beatis: quorum precipuus/gaudium internum: gaudium arcanum. gaudium solis us cognitus: quibus contigit/ quod denique cum mundi gaudys nec euanescit: nec aufertur: sed cumulat in gaudium eternum. Eam mi frater/ et iuxta Jacobi monita/ ardentissimis votis oportet a deo postulare: et iuxta sapientem quemdam e diuine scripture venis veluti thesauros effodere. Caput autem huius sapientie: esse puta. vt temetipsum nozis/ quod verbi e celo profectum credidit antiquitas/ et magnis authoribus vsq; adeo placuit. vt in eo omnem sapientie vim summam contineri iudicauerint. Sed leue pondus huius dogmatis/ apud nos fit/ nisi congruit cum literis nostris. Minatur sponse sue mysticus ille amator in Lantictis/ ac foras abire iubet/ nisi semet cognozit. Si ignoras te o pulchra inter mulieres/ egredere/ et abi post vestigia gregum tuorum. Proinde ne quis sibi temere rem tantam arroget: vt ipsi sibi satis sit: cognitus. Corpus suum baud scio/ an quisquam ad plenum nozit: et mentis habitum cognoscat quilibet: Paulus: cui contigerat/ vel tercy celi mysteria discere/ semet ipsum tamen non audet iudicare: ausurus utiq; si sibi sat esset notus. Si homo tam spiritalis: qui omnia dyndicat: iudicandus a nemine sibi adhuc parum perspicuus erat. nos carnales quid confidimus? Porro miles nimis inutilis videatur: cui neq; sue copie: neq; hostium cohortes satis babeantur cognite. At homini non cum homine: verum secum ipsi bellum est: atq; adeo ex ipsis visceribus hostilis acies nobis vitro suppullulat: quemadmodum de terrigenis fratribus poete fabulantur. Usq; adeo autem tenui discrimine/ ab hoste distat amicus/ vt ingens periculum sit ne parum cauti vel inimicum pro amico tueamur: vel amicum pro hoste ledamus. Deret etiam in angelo lucis/ dix: ille egregius. Noster es inquit an aduersariorum? Ergo quoniam tecum ipse bellum suscepisti/ et in hoc prima victorie spes sit: si tute tibi sis q; maxime cognitus/ simulacrum quoddam tui tibi velut in tabula proponam/ vt quid intus quid in cute sis plane pernoscas.

De homine exteriori et interiori.

Est igitur homo prodigiosum quoddam animal/ ex du-
bus tribusue partibus multo diuersissimis compactum
ex anima/ veluti numine quodam: et corpore/ tanq̄ mu-
ta pecude. Siquidem corpore vsque adeo reliquo bruto/
rum generi nō prestamus: vt omnibus eius dotibus inueniamur
inferiores. Secundum animam vero adeo diuinitatis sumus ca-
paces/ vt ipsas etiam angelicas mentes liceat preteruolare: et vnū
cum deo fieri. Si tibi corpus additum non fuisset: numen eras. si
mens ista non fuisset indita/ pecus eras. Das duas naturas tam
inter se diuersas summas ille opifex felici concordia colligat:
at serpens pacis inimicus infelici rursus discordia dissecuit: vt ias
neq; dirimi queant sine maximo cruciatu. neq; coniunctim vi-
uere sine assiduo bello. planeq; (quod dici solet) vt iungq; in alte-
ro auribus lupum tenet: possitq; mutuo competere verficulus il-
le lepidissimus: nec tecum possum viuere/ nec sine te. Ad eo perple-
xa seditione inter sese tumultuantur/ veluti diuersa/ que vnum
sunt. Corpus enim vt est ipsum visibile: rebus visibilibus delecta-
tur/ vt est mortale/ temporalia sequitur: vt est graue deorsum si-
dit. Contra anima generis etherei memor summa vt sursum ni-
situr: et cum terrestri mole luctatur/ contemnit ea que videntur
scit enim esse caduca. querit que vere: que semper sunt. Immo-
talis amat immortalia/ celestis celestia/ similis similibus capitur.
nisi penitus fuerit corporis immerisa fordibus: atq; a natua ges-
nerositate eius contagio degenerarit. Necq; vero hanc discordia-
am vel fabulosus ille Prometheus inuenit. admixta menti no-
stre de quoq; animante particula: neq; primitiua conditio indidit
sed peccatum quod bene conditum erat: male deprauauit: Inter
bene concordēs dissensionis virus serens. Antea enim et mens
corpore sine negotio imperabat/ et corpus animo lubens volensq;
parebat: nunc contra perturbato rerum ordine: affectus corporis
rationi preire certant: cogiturq; illa in corporis sententiam pedi-
bus discedere. Quare non absurde pectus hominis cum seditio-
sa quapiam republ. componas licebit/ quam qm̄ ex varijs homi-
nū generibus constat/ propter dissensionē studiorū oportet crebris
motibus et factionibus collidi nisi penes vnū sit imperij summa: isq;
sit eius modi: vt nihil imperet: nisi recip. salutaria. Quare necesse est
vt plus in ea valeat qui plus sapit/ pareat. qui minus. Nihil est au-
tem infima plebe recedius/ eoq; magistratibus obtemperare
debet. Nullum ipsa gerere magistratum. Qui vero optimates
sunt aut natu maiores: audiendi sunt illi quidem in consultati-
onibus/ at ita si statuendi arbitrium penes vnū maneat re-

gem/quem admoneri quidem oportet nonnunquam / cogi vero aut pœiri non conuenit. Porro rex ipse nulli paret/ nisi legi/ lex respondet honestatis Ideę. Quod si preposteris vicibus vulgus in domitum/ & rex illa ciuitatis tumultuosa natu maioribus pœire contendit/ aut si primates regis imperium negligunt/ cooritur in republica nostra periculosa feditio: & nisi diuina dictatura succurritur/ ad extremam perniciem res omnis spectat. In homine vero/ ratio regis vice fungitur. Optimates accipies licet/ affectus qđ dam corporeos quidem illos/ sed tamen non peride bantos: quod genus sunt/ genuina pietas erga parentes/ charitas in fratres/ beneuolentia in amicos/ misericordia in afflictos. Metus infamie. Cupido honeste opinionis/ & si que sunt cōsimilia. Eos porro motus animorum/ qui a rationis decretis qđ maxime dissident sunt qđ infime ad pecorum humilitatem abiecti/ plebis quasi vltimam fecem esse puta. cuiusmodi sunt libido/ luxus/ inuidentia/ hisq; consimiles animi morbi/ qui ad vnum omnes veluti serui sordidi & improbi ergastulis sunt coercendi/ vt si queant pensum operamq; a domino prescripta present. Sin minus: nihil certe damni dent. Que omnia Plato diuinitus intelligens scripsit in Timę filios deorum ad sui similitudinem duplex anime genus in homine fabricatos fuisse alterum diuinum & immortale: alterum quasi mortale & varijs perturbationibus obnotiū/ quarum prima sit voluptas/ esca malorum (vt ait) proxima dolor fuga impedimentq; bonorum. Deinde metus atq; audacia/ consultores amentes. Quibus accedit & implacabilis iracundia. Preterea spes blada/ cum irrationabili sensu/ amoreq; omnium inuasore. Hęc enī ferme verba Platonis. Nec ignorant in huiusmodi perturbationibus coercendis vitę beatitudinem consistere. Scribit enim eodem in opere: eos qui ista superassent iuste victuros: iniuste autem qui ab his victi fuissent. Et diuine quidem anime. Id est ratio nī tanq; regi in cerebro velut in arce ciuitatis nostre/ sedem statuit/ corporeis videlicet parte editissima celosq; proxima: tum minime bruta/ quippe que & osse sit pertenui: neq; neruis/ neq; carne onerata: sed sensibus intus forisq; longe munitissima / vt illis quasi renunciantibus nihil tumultus in republica cooriretur/ qđ non protinus ille persentisceret. At mortalis anime partes. id est affectus vt que rationi vel mozigera est: vel obstrepera: ita ab ea semonit. Nam inter ceruicem & diaphragma partem anime constituit fortitudinis atq; ire participem: affectum videlicet/ seditiosum quidem illum/ & cobibendum: at non perinde bentum/ eoque mediocri: internallo a summis simi que semonit:

Duplex anima iuxta Platonem.

Ratio. Ira. Concupiscentia.

ne vel nimia vicinitate regis ocium perturbet/ vel infima plebis
 contagio corrupta simul in eū coniuret. Uim porro concupiscibi-
 lem/que esculenta ⁊ poculenta appetit: quaq; in Venereꝝ impelli-
 mur: porro infera peccordia procul a regia/in iecur ⁊ aluum rele-
 gant: vt quasi ferū quoddam ⁊ indomitū animal illic ad presep-
 e habitaret/ propterea quod ea violentissimos excitare motus con-
 suet: minimeq; presidis imperijs audiens esse. Diuis infima
 pars: q̄ pecorina sit: q̄q; rebellis: v̄ illa pudenda corporis portio
 in qua potissimū tyrannidem obtinet: documento potest esse: que
 membris ex omnibus vna/frustra reclamante rege: obscenis mo-
 tibus subinde rebellionem parat. **C**lides nimirū vt hac/ superne
 diuinū animal homo: plane in pecudem desinat. At consultor il-
 le diuinus/sublimi in arce presidens memor originis sue/nihil sor-
 didū: nihil humile cogitat. Sceptro autē insignis eburno: pro-
 pterea quod nihil non rectum imperet/in cuius fastigio aquilam
 insidere scripsit **D**omerus: quod ad celestia subuolans que bumi
 sunt aquilinis oculis despicit. Postremo aurea redimitus coro-
 na. Aurum enim in mysticis literis sapientiam fere significat/cir-
 culus autem perfectas: ⁊ omnibus numeris absolutam. Deꝝ sunt
 enim popule regū dotes. **P**rimū vt q̄ plurimum sapiant/ne quid
 peccent per errorem/tū vti que recta sunt ea modo velint ne quid
 contra animi iudiciū perperam corrupteq; faciant. Quarū altera
 qui careat: eum non regem/sed latronem existimato.

Dignatus
regius

De varietate affectuum.

Noster autem rex propter eternam legem sibi diuinitus
 insculptam: opprimi quidem potest/corrupti non potest
 quin reclamet: quin reuocet. **L**ui si reliqua plebs pare-
 bit: nihil ille vnq; neq; penitendū: neq; perniciosus co-
 mittet: sed summa moderatione summaq; tranquillitate geren-
 tur vniversa: **A**c de affectibus quidem Stoici peripateticūq; non
 nihil diuersa sentiunt: quanq; illud conuenit inter omnes/ratio-
 ne viuendū/non affectu. **S**ed illis placet: vbi affectibus: qui a sen-
 sibus proxime excitantur: tanq; pedagogis vsus ad iudiciū verū
 q; discrimen expetendorum ⁊ fugiendorū perueneris: tum eos
 profus esse relinquendos. **J**am enī non solū vtilis non esse ad
 sapientiam verū etiā perniciosos. **A**tq; ob id perfectum illum
 sapientem suum: omnibus eiusmodi motibus/tanq; morbis ani-
 mi vacare volunt: vixq; humaniores quidam: primos illos im-
 petus: rationem peruerentes/sapienti concedunt/quas illi phan-
 tasia appellat. **A**t peripatetici non extirpandos affectus: sed co-

Sensus ⁊
affectus
pedagogi
ad virtutē

erendos docent. Esse enim nonnullum eorum usum. propter
 q̄ bos a natura additos opinentur: vti quedam ad virtutem in-
 citabula/ atq; exhortamenta/ sicuti fortitudinis iram: industrie/
 inuidiam/ & item de reliquis. Socrates autem in Phedone Pla-
 tonis: quā nihil aliud putat esse philosophiam/ q̄ mortis medita-
 tionem: hoc est/ vt animus quantum potest/ abducat sese a rebus cor-
 poreis & sensibilibus: transferatq; ad ea que ratione non sensibus
 percipiuntur/ cum Stoicis nimirum sentire videtur. Oportet igitur
 primum oēs animi cognitos habere motus: deinde scire nul-
 los esse tam violentos: quin a ratione/ vel compesci/ vel ad virtu-
 tem deflecti queant. Audito enim vulgo hanc pestiferam opinio-
 nem: vt se dicant ad vicia cogi. Alij contra imperiti sui motus hu-
 iusmodi: pro rationis dictamine sequuntur: atq; adeo/ quod sua-
 sit ira: aut inuidia: id zelū dei vocant. Atq; vt est alia resp. alia fa-
 stidiosior: ita alius alio ad virtutem propensior/ que differentia nō
 ex animorum discrimine: sed vel ex influxu celestium corporum:
 vel progenitoribus/ vel ex educatione/ vel ex ipso corporis habitu
 proficitur. Nō anilis est illa Socratis fabula/ de aurigis & eq̄s
 bonis ac malis. Videas enim nonnullos ita moderato ingenio
 natos: ita tractabiles ac faciles/ vt sine vllō negotio ad virtutem
 instituantur/ ac sine calcaribus vltro præcurrant. Alijs contra cor-
 pus rebelle/ tanq̄ equum indomitum/ & calcitrosū contigisse: vt
 multū sudans domitor ille: vix tamen asperrimo freno: vix fuste
 calcaribusq; sabigat ferocientē. Qualis si tibi forte obtigit/ ne pro-
 tinus abicias animū/ imo tanto acrius enitere/ sic existimans/ nō
 tibi interclusam ad virtutem viam: sed vberiorē virtutis materiā
 oblatam esse. Quod si bonam mentem nactus es/ non hoc protu-
 nus alio melior es: sed felicior. at rursus ita felicior: vt obligatio-
 rum tanq̄ naturalium. Quāq; quis est ingenio vsq; adeo felici: vt nō abūde multa sint/
 in quibus luctari oporteat: Ergo qua maxime turbari sentiet: hac
 q̄ maxime aduigilet rex oportet. Sunt vicia quedam pene genti-
 litia: quemadmodū gentibus nōnullis perfidiam aiunt esse fami-
 liarem. alijs luxum: alijs libidinem. Quedam corporis habitum
 comitantur/ sicut sanguineos mulierositas/ & voluptatum amor.
 Colericus ira/ ferocitas/ maledicentia. Glegmaticus inertia: som-
 nolentia. Melancholicus: inuidia/ tristitia: amaritudo. Non nulla
 cū etate/ aut remittuntur/ aut inualefcunt/ quemadmodū libido in
 iuuenta/ profusio/ temeritas/ in senecta tenacitas/ morositas/ auari-
 cia. Sūt & que sexui videantur adnata. vt in viro ferocitas/ in mu-
 liere vanitas: & vindicte cupido. Sit interim vt natura veluti pa-
 ria faciens/ morbum animi dote quapiam diuersa compenset. est

Clarie spe-
 cies vicio-
 rum tanq̄
 naturalium.

hic quidem propeffor ad voluptatem/ sed neuiq; iracundus/ neu
 tiq; inuidus. Est alius incorrupta pudicia/ sed elatioz/ sed iracun
 dioz/ sed attentioz ad rem. Neq; defunt/ qui prodigiosis quibus
 dam ac fatalibus vicys sollicitentur furto/ sacrilegio/ homicidioz
 quibus quidem omni conatu obuiam est eundem: contraq; eoꝝ
 insultum/ certi propositi/ murus quidam atheneus obyciendus.
 E diuerso sunt nonnulli affectus/ ita vicini virtutibus vt pericu
 lum sit ne ambiguo discrimine fallamur. Erunt hy corrigendi: z
 ad proximam virtutem commode deflectēdi. Exempti gratia/ est
 quispiam excalescentioz/ inyciat animo frenum: z erit alacrioꝝ
 erit erectus: minimeq; languidus. Erit liber ac simplex. Est alius
 paulo tenacioꝝ: adhibeat rationē/ z fuerit frugalis. Qui blandioꝝ
 est/ fiet comis z commodus. Qui p̄fractus: constans. Qui tristi
 oꝝ: seuerus. Qui ineptioꝝ: morigerus. adq; ad eundem moduz de
 reliquis animi leuioꝝibus moribz. Hoc modo cauendum/ ne na
 ture viciū virtutis nomine palliemus/ tristitiā/ grauitatem/ as
 peritatem/ seueritatez/ inuidiam: zelū/ soades/ frugalitatem/ assen
 tationem/ comitatem/ scurrilitatem/ vrbانيتatez appellantes. hec
 igitur est vna ad beatitudinē via/ p̄mū vt te nois. Deinde vt ne
 quid pro affectibus sed oia pro iudicio rōnis agas. Sana sit antez
 z sapiat ratio/ hoc est tm̄ honesta spectet. At difficile est (inquis)
 quod p̄cipis. Quis negat: atqui verū est illud apud Platonem
 adagiū. que pulchra sunt/ eadem esse difficilia. Nihil fortius: q; vt
 quis seipsum vincat. sed nullum maius p̄miū: q; beatitudo. p̄
 clare illud Hieronymus vt cetera omnia. Nihil christiano felici
 us: cui promittitur regnuz celozum. Nihil laboriosius qui quoti
 die o: vita periclitatur. Nihil fortius/ qui vincit diaboluz. Nihil
 imbecillius qui a carne superatur. Si tuas perpenderis vires/ ni
 hil difficilius: q; carnē subigere sp̄ritui/ si deū auxiliatorē respe
 ris/ nihil facilius. Tu modo ingenu aīo perfecte vitę propositum
 concipe/ conceptū vige. nihil vnq; vehementer imparauit sibi hu
 manus animus/ quod non effecerit/ magna pars christianismi est
 toto pectore velle fieri christianum. Quod aditū videbitur inex
 pugnabile: id fiet successū mollius/ vsu facile: consuetudine demū
 etiam iucundum. scitū est illud Desiodiū. Arduam initio esse vir
 tutis viaz/ verū vbi ad cacumē erepseris/ tutissimū oīū te manet.
 nullū aīa tam ferum/ quod nō māsuēscat humaua cura: z ai do
 mitoris oīm nulla erit domādi ratio: vt corpore valeas: potes in
 annos aliquot imparare tibi/ vt abstemius sis/ vt a venere tempe
 res/ q̄ prescripsit homo medicus/ z vt oēs vitā trāq;le trāsgas/ nō
 potes vel menses pauculos impare affectibus/ qđ cōditōz p̄cipit

De defles
 cēdis ad
 virtutem
 vicys leui
 oribus.

dens: Ut corpus morbo subducas/omnia facis/ut corpus ⁊ animam ab eterna morte subtrahas: non illa facis: que fecerunt ⁊ ethnici.

De homine interiore ⁊ exteriori. Et de duabus partibus hominis ex literis sacris.

Pudet me profecto Christianorum nomine: quorum maxima pars veluti muta pecora/seruit affectibus suis: a deoꝝ in hac dimicatione non sunt exerciti: vt ne norint quidē rationis atq; perturbationū discriminē. Docentū homines esse putant/quod vident: quod sentiunt. Imo nihil esse putant: nisi quod sub sensum cadat: quū nihil sit minus. Quicquid impense cupiunt: id rectū existimant. Pacem appellāt/ certam cōploratamq; seruitutem: dum obtuta ratio: quocunq; vocat affectus: nihil renitens sequitur. Dec pax est illa misera: quaz Christus verē pacis auctor: qui fecit vtraq; vnum: venit dirime re/bellū salutare excitaturus/inter patrem ⁊ filiū/ inter maritum ⁊ vxorem/inter ea que turpia concordia male conciliauit. Iaz vero philosophorū lenis sit auctoritas/nisi eadez omnia tam ⁊ si verbis non iisdem/sacris in literis precipiuntur. Quod philosophi rationeꝝ: id Paulus modo spiritū/modo interiorem hominē/ modo legem mentis vocat. Quod illi affectū/bic interim carneꝝ/interim corpus: interim exteriorē hominē/interim legem membrorum appellat. Spiritu inquit ambulat: ⁊ desideria carnis nō perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritū/ ⁊ spiritus aduersum carnem: vt non quecunq; vultis/illa faciatis. Et alibi. Quod si secundum carnem vixeritis: moriemini. Si spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Noua profecto rerū commutatio. vt in bello pax queratur/in pace bellum/in morte vita/in vita mors/in seruitute libertas/in libertate seruitus. Scribit enī alibi Paulus Castigo corpus meum/ ⁊ in seruitutem redigo. Libertatem audi. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Et non iterum concepimus spirituz seruitutis in timore: sed spiritū adoptionis filiorum dei. Idem alibi. Uideo aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meę/ ⁊ captiuantē me in lege peccati: que est in mēbris meis. Legis apud eundē: de exteriori homine/ qui cor rumpitur/ ⁊ interiore qui renouatur de die i die. Plato duas vno in homine animas constituit. Paulus eodez in homine duos homines facit adeo conglutinatos/ vt neuter sine altero neq; in gloria/ neq; in gebenna sit futurus/ adeo rursus disinctos: vt vnus mors vita sit alterius. Eodē opinor pertinēt: que scribit Corinthiis. Factus est primus homo in animā viuentem/ nouissimus Adā.

in aiam uinificantem. Sed non prius quod spiritale est/ sed quod animale/ deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de celo celestis. Atq; ut euidentius esset illa non solum ad Christum & Adam/ sed ad nos omnes pertinere subiecit. Qualis terrenus/ tales & terreni/ & qualis celestis tales & celestes. Igitur si portauimus imaginez terreni/ portemus & imaginem celestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt/ neq; corruptio/ incorruptelam possidebit. Uides liquere: quod alibi carnem: & exteriorem qui corrumpitur hominem dixit/ hic terrenum Adam nominasse. Hoc ipsum nimirum est & corpus illud mortis: quo grauatus exclamabat Paulus. Infelix ego homo/ quis me liberabit de corpore mortis huius: Porro fructum longe diuersissimum carnis & spiritus aperiens alibi scribit. Qui seminat/ inquit/ in carne sua: de carne & metet corruptionem/ qui autem seminat in spiritu/ de spiritu metet vitam eternam. Hoc igitur illud est uetus dissidium geminorum Jacob & Esau/ qui & anteq; in lucem ederentur/ iam intra materiam uentris claustra luctabantur. At Esau quidem preoccupauit exitum. sed Jacob preripuit benedictionem. Prius enim carnale sed quod spirituale potius est. Alter erat rufus & pilis oblitus/ alter lenis. Alter inquietus/ & venator. Alter domestico gaudens otio. Et ille quidem famelicus ius vendidit primogenitorum: duz uili uoluptatis auctoramento illectus a natiua libertate excidit in seruitutem peccatorum. hic quod iure non debebatur: arte gratie sibi uendicat. Inter hos fratres quanq; ueterinos: quanq; gemellos: nunq; perfecta coit concordia. Odit enim Esau Jacob Jacob contra & si non respondet odio mutuo/ fugit tamen/ suspectumq; semper habet Esau/ neq; sese illi credit. Tibi quoq; quicquid suaserit affectus/ suspectum sit/ propter dubiam auctoritatem. Jacob solus uidit dominum. Esau uero sanguinarius: gladio uiuit. postremo dominus a matre consultus respondit. Maior seruiet minor. Pater uero adiecit. Fratri tuo seruiet. Tempusq; ueniet/ cu exuias et soluas iugum eius de cernicibus tuis. Dominus de pater uaticinatur: pater de reprobis. Ille quid ab omnibus oporteat fieri commonstrat: hic quid pleriq; facturi sint predicat Paulus uult mulierem subditam esse viro suo. Melior enim est iniquitas uiri: qm mulier benefaciens. Eua nostra carnalis est affectus/ cuius oculos callidus ille coluber quotidie sollicitat. Ea corrupta/ pergit & uirum ad communionem mali sollicitare. Sed quid legis de muliere noua: id est ea que viro suo moxigera est: inimicitias ponam inter te (nempe serpentem) & mulierem: & se-

Odium Ja
cob & Esau

Abraham
auctus ra-
tio.
Sara mi-
nuta caro

men tuum; et semen illius. Ipsa conteret caput tuum; et tu insidiaberis calcaneo illius. Deiectus est coluber in pectus; impetum eius fregit mors Christi. Tantum calcaneo insidiatur clancularius. Leterum gratia fidei; tandem in viraginem versa mulier; venenatum caput animosa conterit. Aucta est gratia; imminuta carnis tyranis. Sara imminuta auctore deo creditur Abraham; iam quod illa non maritum; sed dominum vocat. Neque prius tamen illa partum meretur; quam illi defuissent muliebria. Quid vero tandem peperit domino suo; Abrahę; iam anus; iam effeta. Nempe Isaac id est gaudium. Simulataque in domine consenuerunt affectus; tunc demum exoritur felix illa tranquillitas innocentis animi; et mentis securitas quasi iuge coniuiuium. Et ut pater ipse non indulsit prociuita in liberis suspectam habet collisionem Isaac cum Dismaele. In ea etate non vult conuenire filios ancilii cum filio liberę. Dum adhuc feruet adolescentia; procul ab oculis ablegatur Dismaele; ne sub blandimenti specie puerum adhuc Isaac ad suos mores pelliciat. Iam senuerat Abraham; iam anus erat Sara; iam ediderat Isaac; adhuc diffidit; nisi vxoris consilium; diuinum oraculum comprobasset. Non est securus de muliere; donec audit a domino Omnia que dixerit tibi Sara. audi vocem eius. O felicem senectam eorum; in quibus sic pre-mortuus est ille terrenus homo; ut nullum negocium exhibeat spiritui. Qui consensus; an per omnia perfectus; homini contingat in hac vita; baud equidem affirmauerim. Fortasse ne expediat quidem. Nam et Paulo datus est stimulus carnis angelus Satanae; qui illum colaphizaret; ac iam tertium; dominum rogans; ut a se tolleretur; hoc tantum audiuit. Paule sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Nouum profecto remedij genus. Paulus ne superbi-ret; tentatur a superbia; ut solidus sit in Christo; in se cogitur esse infirmus. Portabat enim thesaurum reuelationum celestium in vase fictili; ut sublimitas esset virtutis dei; et non ex ipso. Quod vnum exemplum Apostoli; multorum pariter nos ad monet. Primum quum a vicis sollicitamur; mox iteratis precibus implorandum esse auxilium diuinum. Deinde tentationes viris perfectis interdum non solum periculosas non esse; verum etiam ad custodiam virtutis necessarias. Postremo reliquis omnibus perdomitis solum inanis glorie vicium in medijs etiam virtutibus insidiari; et hanc esse velut hydram illam Perculana monstrum viuax; et suis vulneribus secundum; quod omnibus expandatis laboribus; supremo fine vix demum queat confici.

Nota dili-
genter.

Verum labor omnia vincit improbus. Interim dum vehemens
 tibus perturbationibus estuat animus tu modis omnibus pre-
 me/yrge/immineat Proteus istum tuum/vinctis stringe tenaci-
 bus:dum omnia transformat sese in miracula rerum : ignemq;
 horribilemq; feram:fluumq; liquentem:donec in nativam spe-
 ciem redeat. Quid autem tam Proteus/ q̄ affectus ⁊ cupidita-
 tes stultorum: que quum eos nunc in beluina libidine: nunc
 in iram ferinam/nunc in venenatam invidiam/nunc in alia atq;
 alia viciorum portenta trahunt/nonne pulchre quadrat: quod e-
 ruditissimus poeta dixit. Tum varie eludent species atq; ora fe-
 rarum. Siet enim subito vsus horridus:atraq; tygris:Squamo-
 susq; draco/ ⁊ sulca ceruice leena. Aut acrem flamme sonitum
 dabit. Dic vero memento/ quod sequitur. Sed quanto ille ma-
 gis formas se vertet in omnes. tanto nate magis contende te-
 nacia vincit. Imo ne rursus ad fabulas reuoluamur poetarum
 exemplo sancti patriarche Jacob. luctamen nocturnum constan-
 ter yrge:donec illucescat auro ora opis diuine dicitq;/non dimi-
 tam te/nisi benedixeris mihi. Quod autem virtutis sue premium
 tulerit/fortissimus ille palestrites/opere premium est audire. Pri-
 mum benedixit ei in eodem loco. Semper enim post superatam
 tentationem premium quoddam auctarium diuine gratie ad-
 yicitur homini:qua sit ad futurum hostis assaultum multo qua fu-
 erat munitior. Deinde tacto femore emarcuit neruus victoris/ ⁊
 cepit altero claudicare pede. Execratur per os prophete deus: eos
 qui vtroq; claudicant pede: id est qui simul ⁊ in carne esse/ ⁊ deo
 volunt placere/ ⁊ dum vtrumq; male conantur: in vtroq; clau-
 dicant. Felices autem illi: in quibus sic affectus carnis emortuus
 est: contingente deo: vt dextro pedi potissimum: id est spiritus in-
 nitantur. Postremo nomen illi commutatum. Ex Jacob enim
 fit Israhel. Ex luctatore quietus. Ubi castigaris carnem tuam/ ⁊
 eam crucifixeris cum vicys ⁊ concupiscentys/ iam nullo obstre-
 pente continget tibi tranquillitas ⁊ ocium: vt vaces ⁊ videas do-
 minum/ vt gustes ⁊ videas quoniam suavis est dominus. Doc-
 enim sonat Israhel. Uidetur autem non in igni/ non in turbine
 ac tumultu tentationum/ verum tempestatem dyaboli: si modo
 perseueraris: consequitur sibilus aure tenuis consolationis spi-
 ritualis. Ea simulatq; leniter aspirauerit/ tum intende acriter
 internos oculos/ ⁊ eris Israhel. dicesq; cum eodem. Uidi domi-
 num/ ⁊ salua facta est anima. Videbis eum qui dixit. Non vi-
 debit me omnis caro. Excute te ipsum.

Proteus

Jacob luc-
tatus cuꝝ
angelo.

Israhel
videns de-
um.

Si caro es: non videbis dominum si non videris non saluabitur anima tua. Cura igitur vt sis spiritus.

De tribus hominis partibus spiritu/anima/et carne

ERant hec vel nimio plus satis: verum vt fias tibi paulo etiam perspectior atq; excussior. libet et origenicam hominis sectionem breuiter referre. Is enim Paulum sequutus tres partes facit: spiritum animam/ et carnem/ quas omnes coniunxit. Apostolus scribens Thessalonicensibus: vt integer (inquit) corpus vestrum et anima/ et spiritus in die domini nostri Iesu Christi seruetur. Esaias autem: omnia parte infirma: diuarius meminit. Anima (inquit) mea desiderabit te in nocte: sed et spiritu meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Daniel item. laudate (inquit) spiritum et anime iustorum dominum. Quibus ex locis non absurde colligitur triplicem hominis portionem. Corpus siue carnem: infirmam nostri partem cui per genitalem culpam legem inscripsit peccati/serpens ille veterator: quoad turpia prouocamur: ac victi diabolo connectimur. Spiritum vero quo diuine nature similitudinem exprimitur: in quo conditor optimus: de sue mentis archetypo eternam illam honesti legem insculpsit/ digito/ id est spiritu suo. Hoc deo conglutinamur: vnumq; cum eo efficiamur. Porro tertiam et inter ista mediam animam constituit/ que sensuum ac motuum naturalium fit capax. Ea velut in factiosa republica non potest non alterutri partium succedere. Dinc atq; hinc sollicitatur: liberum habet: vtro velit inclinare. Si carni renuncians/ ad spiritus partes sese traduxerit: si et ipsa spiritalis: sin ad carnis cupiditates semet abiecerit/ degenerabit et ipsa in corpus. Hoc enim est/ quod sensit Paulus scribens Corinthijs. an nescitis: quoniam qui adberet meretrici/ vnus corpus efficitur. Qui autem adberet domino/ vnus spiritus est. Meretricem lubricam hominis partem appellat. Hec est illa illex et blanda mulier: de qua legis Proverbiorum capite secundo. Ut eruaris a muliere aliena: et ab extranea: que molli sermone suos: et relinquit ducem pubertatis sue et pacta dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortem domus eius/ et ad inferos semite ipsius. Omnes qui ingredientur ad eam non reuertentur: nec apprehendent semitas vite. Et capite sexto. Ut custodiant te a muliere mala: et a blanda lingua extranee. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum: ne captaris nitibus illius. Precium enim Iocosi vix vnus est panis: mulier autem viri preciosam animam

rapit. Nonne quum de scoto: corde ⁊ anima meminit: nomina-
 tim tres hominis partes expressit. Rursum capite nono. Mulier
 stulta ⁊ clamosa/ plenaq; illecebris: ⁊ nihil omnino sciens. Sedet
 in foribus domus sue super sellam: in excello vrbis loco: vt voca-
 ret transeuntes per viam ⁊ gentes in itinere suo. Quis est parui-
 tus declinet ad me. Et vtoridi locuta est. Aque furtiue dulciores
 sunt/ ⁊ panis absconditus suauior. Et ignorauit: q; ibi sint gigan-
 tes/ ⁊ in profundis inferni conuiuie eius. Qui enim applicabitur
 illi: descendet ad inferos. Nam qui abscesserit ab ea saluabitur.
 Queso te quibus coloribus magis graphice depingi fucariue po-
 terant vel venenatę carnis illecebre ad turpitudinem sollicitan-
 tis animam: vel improbitas spiritui reclamantis: vel exitus infe-
 lix superantis. Ergo spiritus deos nos reddit. Caro pecora/ ani-
 ma constituit homines. Spiritus pios. Caro impios/ anima neu-
 tros. Spiritus querit celestia: caro dulcia anima necessaria. Spiri-
 tus euehit in celum. caro depimit ad inferos. Anime nihil impu-
 tatur. Quicquid carnale turpe est. Quicquid spiritale/ perfectum:
 Quicquid animale mediũ ⁊ indifferens. Vis me pinguiore (quod
 aiunt) Minerua/ tanq; digito tibi demonstrari/ partium istarum
 discrimen: Equidem experiar. Uereris parentes. Amas fratrem
 Amas liberos. Diligis amicum. Non tam virtutis est ista facere
 quam sceleratum non facere. Quur enim non facias Christianus
 quod nature instinctu faciunt ⁊ gentes: imo quod faciunt ⁊ peco-
 ra: Quod nature est: non imputatur ad meritum. Sed incidisti in
 eum locum: vt aut patris contemnenda pietas/ vincenda chari-
 tas liberorum: beniuolentia negligenda amici/ aut offendendus
 deus. Quid facis: in biuio stat anima. Sollicitat hinc caro illinc
 spiritus. Dicit spiritus. Potior est parente deus. illi corpus modo
 debes: huic omnia. Suggestit caro. Nisi pares: exberedat te pater
 vulgo diceris impius. Consule rei/ consule fame. Deus aut non
 videt: aut conuiuet: aut certe facile placabitur. Jam beret: iam nu-
 tat anima. Utrocuq; se flexerit hoc erit: quod est/ cui asserit. Si
 contempto spiritu/ meretricę carnem audierit: vnum corpus est/
 sin spreta carne ad spiritum erigatur: transfiguratur in spiritum.
 Ad hunc modum consuesce temetipsum sollerter excusere. In-
 gens enim hominum error: qui non raro absolutaz pietatem pu-
 tant: quod est nature. Imponunt incautis affectus quidam in spe-
 clem boniores/ ⁊ quasi virtutum laruis personati. Sequit iudex
 in fontem seuerus ⁊ incorruptus sibi videtur. Vis ⁊ hunc discuti.
 Si animo indulget suo: seruitq; rigori cuidam genuino nullo a-
 nimi dolore: nonnulla fortassis cum voluptate: nihil tamen a iu-

Differen-
 tia carnis
 Anime.
 Spiritus

dicis officio diuarcans: ne sibi protinus placeat. Medium est quod
 facit. Quod si lege vel ad odium priuatum/ vel ad cupiditatem
 abutitur/ iam carnale est quod gerit/ et homicidium committit.
 sin ingentem animo percipit dolorem/ quod eum cogitur perde-
 re/ quem mallet emendatum et incolumem: et penam commer-
 tam irrigat eo pectoris sensu: quo pater filium charissimum ses-
 cari vixq; iubet/ ita demum spiritale erit: quod agit. Pleriq; pro-
 pensione nature atq; ingeny proprietate/ rebus nonnullis vel gau-
 dent vel abhorrent. Sunt quos nihil titillet Venerea voluptas.
 Ne protinus sibi ad virtutem arrogant quod est indifferens. No
 carere libidine/ sed vincere libidinem virtutis est. Alius gaudet
 seimare: gaudet adesse sacris: gaudet frequens esse in templis/
 gaudet q̄ plurimum psalmozum dicere/ sed in spiritu. Exige ad
 hanc regulam quod facit. Si ad famam/ si ad emolumentum spe-
 ctat/ carnem sapit/ non spiritum. Si tantum ingenio indulget suo
 facit enim quod animo lubet/ non habet quicquid sibi magnopere
 placeat: imo quod timeat habet. En tibi periculum. Oras et non
 orantem indicas. Ieiunas et fratrem manducantem condemnas.
 Quisquis non facit: quod tu/ eo te meliorem indicas. Uide ne ad
 carnem pertineat seiuinium tuum. Eget frater ope tua/ tu interim
 preculis tuis deo obmurmuras fratris egestatem dissimulans.
 Auersabitur istas preces deus. Quomodo enim te orantem au-
 diet deus: quum tu non audias homo hominem. Accipe et illud
 Amas vxorem: hoc tantum nomine: quod vxor est. Nihil mag-
 ni facis. Nam istud quidem est tibi cum ethnicis commune. At
 amas: non ob aliud: nisi quia tibi voluptati est. Ad carnem ten-
 dit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimum: quod in ea perspe-
 xeris imaginem Christi/ pura pietatem/ modestiam/ sobrietatem.
 pudicitiam: iamq; no illam in ipsa/ sed in Christo: imo in ea Chri-
 stum amas: ita demum spiritualiter amas. Verum bis de rebus
 plura: sed suo loco.

¶ Regule quedam generales veri Christianismi.

QUoniam ad id quod propositum est vnicuique via
 aperuisse: et quasi sylvam quandam comparasse vide-
 mur ad reliqua properandum/ ne non enchiridion: sed
 ingens fiat volumen. Conabimur autem breuiter re-
 gulas quasdam quasi nexius quosdam palestricos tradere: quarum
 ductuantq; sili Dedalei facile queas e mundi huius erroribus/
 velut e labyrintho quodam inextricabili emergere/ atq; ad pu-
 ram luce vite spiritualis pertingere. Nulli discipline sui canones

defunt/ & sola beate viuendi ratio nullis p̄ceptis adiunabitur.
Est autem omnino virtutis ars quedam & disciplina: in qua qui
se grauiter exercent: vs deniq; aspirat ille sanctorum conatum
prouocor spiritus. Qui vero dicunt/recede a nobis/scientiam vi
arum tuarum nolumus: hos reyciet misericordia diuina/ propte
rea quod ipsi reiecerunt scientiam. Sumentur autem bi canones
partim a persona/dei: diaboli/ & nostra. Partim a rebus: id est vir
tutibus ac vicijs: & que sunt his coniuincta. Partim a materia vir
tutum & viciozum. Conducent potissimum aduersus tria mala.
reliquias culpe genitalis. Nam etiā labem absterfit baptismus/
tamen heret adhuc quiddam veteris morbi: relictum in nobis:
tum ad custodiam humilitatis tum materiam segetemq; virtu
tis. Ea sunt cecitas: caro/ & infirmitas. Cecitas ignorantie nebu
la/ rationis obscurat iudicium. lumen enim illud purissimum di
uini vultus conditor infuderat super nos: quum non nihil offus
cauit culpa primorum parentum: tum corrupta educatio: impro
bus conuictus: peruersi affectus/ viciozum tenebre/ consuetudo
peccandi: tanta obduxit rubigine: vt diuinitus insculpte legis vir
telligia quedam appareant. Ergo/ vt ceperam/ cecitas facit vt in
delectu rerum fere cecutiamus / pro optimis pessima sequentes
potius minus vtilibus posthabentes. Caro sollicitat affectum/
vt etiam si quid sit optimum intelligamus/ diuersa tamen ame
mus. Infirmitas facit/ vt virtutem semel arreptam vel tedio/ vt
tentatione victi deseramus. Cecitas officit iudicio. Caro deprau
uat voluntatem. Infirmitas frangit constantiam. Primum igitur
est/ vt fugienda dignoscas ab expetendis/ atq; ideo tollenda
cecitas: ne in rerum delectu ballucinemur. Proximum vt maluz
cognitum oderis/ bonum ames: & in hoc vincenda caro: ne con
tra mentis iudicium dulcis pro salutaribus amemus. Tercium
vt in bene ceptis perseveres/ atq; idcirco fulcienda infirmitas. ne
turpius virtutis viam deseramus/ q̄ fueramus non ingressuri.
Ignorantie medendum/ vt videas qua sit eundum. Caro domā
da/ ne a cognita via seducat in devia. Infirmitas animanda: ne
viam aratam ingressus/ vel vacilles: vel resistas: vel deflectas/ ne
ve semel aratro manum admolitus respicias: sed exultes vt gy
gas ad currēdam viam. Semper in ea que sunt ante temet ex
tendens/ eorum que retro sunt oblitus/ donec apprehendas bra
uium & coronam promissam perseverantibus. Ad hec itaq; tria
canones quosdam pro nostra virili accommodabimus.

Contra malum ignorantie. Canon primus.

Quoniam vero fides vnica est ad Christum iam: pe-
 maz oportebit esse regulam: vt de ipso atq; illius spi-
 ritu traditis scripturis q̄optime sentias. Reda sc̄mō
 ozetenus: non frigide/non oscitanter: non besitanter:
 quemadmodum vulgus facit Christianozum: sed toto pectore pe-
 nitus infixum immotumq; sedeat: ne vnum quidem in eis fota
 contineri quod non magnopere ad tuam salutem pertineat. Ni-
 bil quicq; te moueat quod bonam hominuz partem: sic vides vi-
 nere: quasi celum ⁊ inferi/sabule quepiam essent aniles: terricu-
 la aut illectamenta puerozum. Tu vero credens/ne festinaueris.
 Et si ad vnum vniuersus infaniam mundus: vertantur elementa.
 desciscant angeli: non potest mentiri veritas/ non potest non eue-
 nire: quod deus euenturum esse predixit. Si deum esse credis: ve-
 ratem credas oportet. Si piorsus habeto: nihil tam verum esse:
 nihil tam certum atq; indubitatum eorum: que auribus hauris:
 oculis coram intueris: manibus tenes: q̄ que legis in his literis
 quas celeste numen: id est veritas inspirauit/ sancti propbete pro-
 diderunt/ tot martyrum sanguis comprobauit: quibus tot tam se-
 culis: piorum hominum consensu subscripsit: quas Christus ipse
 in carne: ⁊ sermone tradidit/ ⁊ moribus expressit: testantur mira-
 cula/ confitentur ⁊ demones/ adeoq; credunt/ vt ⁊ contremiscant.
 Deniq; que si consentanee sunt equitati nature: que sic inter se cō-
 stant/ sic rapiunt attentos/ sic mouent atq; transformant. Si bec
 tanta argumenta in eas solas competunt: que (maluz) yefania est
 in fide hesitare: Vel ex p̄teritis futurozum coniecturam facito.
 quanta: q̄ incredibilia dictu de Christo predixerant propbete.
 Quid horum non euenit? Qui in illis non sefellit/ in alijs faller?
 Postremo non mentiti sunt propbete: ⁊ mentietur Christus pro-
 phetarum dominus. His atq; huiusmodi cogitationibus si sub-
 inde flammam excitaris fidei: tum ardentem rogaueris deum: vt
 adaugeat tibi fidem: mirabor: si diu malus esse poteris. Quis eni
 vsque adeo scelestus est/ vt non resiliat a vicys/ si modo penitus
 credat/ momentaneis his voluptatibus: p̄ter infelicem illum cō-
 scie mentis cruciatum/ eternos quoq; emi cruciatu: Pys con-
 tra pro temporaria ac leui vexatiuncula/ centuplum gaudium pu-
 ne conscientie/ ac vitam deniq; reddi immortalem.

Canon Secundus.

Primum igitur esto nihil hesitare de promissis diuinis
 proximum autem vt viam salutis: non contanter/nō
 timide/ sed certo proposito/ toto pectore/ animo fidenti.

atq; (vt ita dixerim) gladiatorio capaces/paratus vel rei vel vite
dispendium pro Christo subire. Piger vult ⁊ non vult. Non osci-
tantibus contingit regnum celorum; sed plane vim pati gaudet/
⁊ violenti rapiunt illud. Huc festinantem/ non te charorum affe-
ctus ⁊ retardet/ non reuocent illecebre mundi/ non remorentur cu-
re domesticæ. Incidenda est secularium negotiorum cathena/ quã
do quidem explicari non potest. Sic deserenda Egyptus/ ne quã
do redeas animo ad ollas carniū. Raptim ac semel tota dese-
renda zodomā/ non est fas respicere. Resperit mulier/ ⁊ versa est
in simulachrum saxeum. Uiro non vacat/ vlla vsquam in regio-
ne morari/ sed iubetur properare in montem/ nisi malit perire.
Llamat propheta/ vt fugiamus de medio Babylonis. Exitus ab
Egypto fuga vocatur. ⁊ Babylone fugere iubemur/ non sensim
atq; contanter emigrare. Videas plerosq; comperendinantes/ ⁊
consilijs nimium lentis molientes fugam viciorum. Ubi his
me curis inquit inextricauero/ vbi illud atq; illud negotij con-
fecero/ stulte/ quid si bodie a te repetant animam tuam? An nec-
cis negotium ē negotio seri? Uicium vicio inuitari? Quin bo-
die potius facis: quod quo maturius feceris/ hoc factu fuerit fa-
cilius? Alibi diligens esto/ hic vtilissima precipitatio. Ne reputa-
ne penficulare: quantum relinquant: certus Christum vnum tibi
satis futurum pro omnibus. Aude modo te illi toto pectore cre-
dere. Aude tibi diffidere/ aude omnem tui curam in illum trans-
ferre. Define inniti tibi/ ⁊ plena fiducia abyce te in eum: ⁊ excipi-
et te. Facta cogitatum tuum in domino / ⁊ ipse te enutriet. vt ca-
nas illud eiusdem propheta. Dominus regit me ⁊ nihil mihi de-
erit: in loco pascue/ sibi me collocauit. Super aquam refectionis e-
ducauit me/ animam meam conuertit. Ne velis temetipsum par-
turi duobus. mundo ⁊ Christo. Non potes duobus dominis ser-
uire. Nulla societas deo cum Belial. Non fert eos qui vtroq; ge-
nu claudicant. Euomit eos/ qui neq; frigidi sunt: neq; calidi/ sed
tepidi. Nimisq; zelotypus animarum amator deus est/ solus ac
totum possidere vult/ quod sanguine suo redemit. Non patitur
consortium diaboli/ quem semel morte sua deuicit. Due tantum
vie sunt/ altera que per obsequium affectuum ducit in exitium: al-
tera que per mortificationem carnis ducit ad vitam. Quid tecum
beres? Lercia nulla est. Darum alteram velis nolis ideas oportet.
Quisquis es/ hec arta tibi ineunda semita est: per quam pauci
mortalium ambulant. Sed hanc ipse calcavit Christus: calcant
ab orbe condito: quicumq; deo placuerunt. Nec est profecto Adra-
stei numinis inuitabilis necessitas. Lum Christo: mundo cruci-

Deus zelotypus
amator.

figuris necesse est: si uoles cum Christo uiuere. Quid inepti nobis
 ipsi blandimur: Quid tanta in re nobis ipsis imponimus: Dic of-
 cit non sum clericus. Mandatus sum. Non possum non uti mu-
 do. Alius cogitat: et si sacerdos sum monachus non sum: uiderit
 ille. inuenit et monachus: quo sibi palpetur. Non tam inquit mo-
 nachus sum/ quod illi aut illi. Alius dicit. Adolescens sum/ genero-
 sus: diues: aulicus: denique princeps. Ad me nihil attinent: que
 dicta sunt Apostolis. Miser: ergo at te nihil attinent: ut uiuas
 in Christo: Si in mundo es: in Christo non es. Si mundum ap-
 pellas celum: terram/ mare et hunc communem aerem: nemo
 non est in mundo: sine ambitionem: delicias: cupiditatem: libidi-
 nem: mundum dicis/ profecto si mundanus es: Christianus non
 es. Omnibus dixit Christus/ qui crucem suam non tolletet: ac sua
 uestigia sequeretur: non esse se dignum. Mori carni cum Christo:
 nihil ad te/ si uiuere illius spiritu nihil ad te pertinet. Crucifigi
 mundo nihil ad te: si uiuere deo nihil ad te. Consepeliri cum Chri-
 sto nihil ad te: si resurgere in gloriam nihil ad te. Christi humili-
 tas: paupertas: tribulatio/ contemptus/ labores/ agones/ dolores/
 nihil ad te/ si regnum illius nihil ad te. Quid autem improbius: quod
 premium tibi cum alijs commuue ducere: at labores quibus pa-
 ratatur premium: in paucos quosdam reycere: Quid autem deli-
 catus/ quod cum capite conregnare uelle: quum nolis compati: No-
 li igitur mi frater circumspicere: quid alij faciant: et eorum colla-
 tione tibi blandiri. Ardua quedam: et paucissimis etiam mona-
 chis cognita res est: mori peccato: mori desyderijs carnalibus:
 mori mundo. Et hec est communis omnium Christianorum pro-
 fessio. Hoc iam olim in baptismo deierasti. Quo uoto/ quod pos-
 sit accedere sanctius aut religiosius: Aut pereundum: aut sine ex-
 ceptione hac uia grassandum ad salutem/ siue reges siue inopes
 erimus coloni. Quod si non omnibus contingit ad perfectam imi-
 tationem capitis pertingere: omnibus tamen huc manibus pe-
 dibusque est enitendum. Bonam Christianismi partem habet qui
 certo animo decreuit fieri Christianus.

Canon tercius.

A Erum ne te illud a uirtutis uia deterreat: quod aspe-
 ra uideatur ac tristis/ tum quod commoditatibus mu-
 di sit renunciandum/ tum quod iugiter confligere o-
 porteat/ cum tribus improbissimis hostibus. carne: di-
 abolo et mundo: hanc terciam regulam tibi proponito. Uniuer-
 sa terricula et phantasmata/ que tibi statim uelut in ipsis auerni

faucibus occurrunt/pro nihilo ducenda esse: exemplo Eneæ Uer-
giliani. Quod si ludibrijs inanibus contemptis: rem ipsam pressi-
us fixiusq; inspereris profecto videbis. Lixisti via: preterq; quod
sola ducit ad felicitatem: etiam omisso premij respectu: nullam ta-
men aliam esse commodiorem. Quod enim (queso te) vitę ge-
nus iuxta mundum tibi deliges/ in quo non sint abunde multa
tristitia atq; aspera subeunda tolerandaq;: Alicam vitam quis
nescit esse erumnarum plenam: nisi vel inexpertus vel certe stul-
tissimus: Deum immortalem: que illic: q; diutina q; indigna ser-
uitus perferenda: quanta sollicitudine ambienda principis gra-
tia: Eblandiendus favor eorum/ qui vel nocere possunt: vel pro-
desse. Singendi vultus subinde noui. Mussitanda iniuria poten-
tiorum. Porro autem quod tandem mali genus: quo non sit res-
ferta militia: Utriusq; rei tu testis esse optimus potes/ qui vtrum
q; tuo periculo didicisti. Jam vero quid non vel facit: vel patitur
mercator: per mare pauperiem fugiens: per saxa per ignes. In cõ-
iugio: quanta moles curarum familiarium: quam non ibi mise-
riam vident qui experiuntur. In publicis obeundis muneribus
quantam sollicitudinis: quãtum laboris: quantum periculi: Quo-
quò versum flexeris oculos: ingens turba incommodorum oc-
curret. Ipsa per se vita mortaliuz mille erumnis obnoxia est: que
sunt improbis cum probis communes. Eę omnes tibi cesserint
in cumulum meritorum: nisi te deprehenderit in via Lixisti. Sin-
minus: quum maior molestia/ tum nullo fructu ferende tamen.
Qui mundo militat: primum q; multos annos anbelat/ sudant:
tumultuantur. Deinde pro q; caducis nibilicq; rebus. Postremo
q; ancipiti spe. Adde quod illic adeo nullus est miseriarum finis
vt quo laboratum est diutius: hoc laboretur molestius. Finis de-
niq; tam anxie atq; laboriosę vitę qui tandem: Nempe crucia-
tus eternus. In nunc ⁊ cum hac vita compone viam virtutis/ que
statim definit esse aspera/ fit progressu mollior: fit iucunda/ per quã
certissima spe itur ad summum bonum. Nonne extreme demen-
tię sit: malle pari labore parare mortem eternam: q; vitam im-
mortalem. At isti faciunt vel hoc insanius qui preligunt summis
laboribus ire ad labores perbēnes: q; mediocribus ad oęnis im-
mortale. Ad hęc si maxime laboriosior esset pietatis via q; mun-
diti hęc laboris asperitas premij spe lenitur: nec deestynctio divi-
na: que facit vt omne fel in mel vertatur. Illic cura curã trahit: do-
lor ex dolore nascitur. Nec mora nec reęes. Sotis labor ⁊ afflictio
itū guloz egritudo. ipsa lenimēta exaspāt. Hęc ita hęc nec geniles
qdē poetas fugit q; Titij/ Tritonis/ Lātali/ Syriphi: Pēdētis sug-

placium/impeborum hominum erumnosam vitam adumbrant
Quorum est et illa sera in libro Sapientie confessio. Lassati sumus
in via iniquitatis: et perditionis/ambulauimus vias difficiles/vi
am autem domini ignorauimus. Quid Egyptia seruitute vel fe
dius/vel laboriosus: Quid Babylonia captiuitate tristi?: Quid
iugo Pharaonis et Nabugodonosor intolerabilius: Christus au
tem quid dicit: Tollite iugum meum super vos et inuenietis re
quiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est: et onus
meum leue. In summa nulla deest voluptas/vbi adest tranquilla
conscientia. Nulla non adest miseria/vbi cruciat infelix conscien
tia. Nec iam plusquam certa esse oportet. Quod si etiam dubitas/con
sule eos qui aliquando de medio Babyloniae conuersi sunt ad do
minum: et vel illorum experimento credemil esse vicus turbu
lentius tristiusque: nihil virtute expeditius atque bilarius. Verum a
ge: singitoparia stipendia: pares labores: at quanto tamen optabi
lius militare sub signis Christi/quam sub vexillis diaboli. Imo quan
to optabilius affligi cum Christo: quam delicias affluere cum diabo
lo: Jam vero non erit velis et equis fugiendus dominus: non ta
tum turpissimus: verum etiam durissimus et fallacissimus: qui
tam iniquum pensum exigit: qui tam futilla promittit/ quibus ip
sis non raro frustratur miseros. Aut si prestat: rursus vbi lubitum
est tollit/ vt maiore egritudine amittant parta: quam labore peperer
int. Mercator postquam fasque nefasque cumulande rei studio mis
cuit: famam/vitam/animam mille periculis obiecit: si quidem be
ne ceciderit fortunę alea: quid tandem aliud sibi parauit/ quam mise
re sollicitudinis materias/ vt seruet/ cruciatum/ si perdat. Sin ma
le/ quid reliquum est nisi vt bis fiat miser/ et quod re sperata fru
stratus est/ et quod tantum irriti laboris exhaustum non sine do
lore meminit. Nemo ad bonam mentem certo animo contendit
qui non peruenerit Christus vt non irridetur: ita nec irridet. Co
gita et illud: quum a mundo fugis ad Christum: non te relinque
re: si que commoda mundus habet: sed leuioza: cum potioribus
commutare. Quis non oppido lubens argentum auro. silicem
gemma commutauerit. Offenduntur amici/ quid tum: inuenies
invidiosos. Carebis voluptatibus: sed frueris internis/ que sunt
vel suauiores/ vel synceriores/ vel certiores. Minueda ressat cre
scunt opes ille: quas neque timee demoluntur/ neque tollunt fures.
Desinis esse in precio apud mundum. At probatis auctore Chris
to: places paucioribus/ sed melioribus. Macrescit corpus/ sed sa
ginatur animus. Marcescit nitor cutis/ sed entescit decus affimi
At si per cetera eodem modo cucurreris/ intelliges nihil/ vel falsi

boni relinqui mando: quod non longe prestantiore compendio
 compensetur. Quod si que sunt/que quantū non possunt non vi-
 ciose desiderari:sine vicio tamen possideri possunt:quod genus/
 opinio popularis/fauor vulgi/gratia/authoritas/amici/bonos vir-
 tuti habitus: fere fit/vt primum querentibus regnum dei: vitro
 hec omnia adyciantur/id quod et promissit Christus: et deus pre-
 stitit Solomoni. Fortuna plerumque sequitur fugientes fugit seque-
 tes. Certe quicquid acciderit diligentibus: nihil nō esse prosperum
 potest/quibus dispendia in compendium/flagella in solacium/op-
 probria in gloriam/cruciatu in voluptatem: tristitia in dulcia: ma-
 la vertuntur in bona. Hanc igitur viam dubitas capessere/et illam
 relinquere quæ tam iniqua sit collatio:imo tam nulla:dei ad oia
 bolum/spei ad spem/premy ad premium/laboris ad laborem:sola-
 ty ad solatium:

Canon quartus.



Ed vt certior cursu queas ad felicitatem contendere
 hec tibi quarta sit regula: vt totius vite tue Christum
 velut vnicum scopum prefigas/ ad quem vnum om-
 nia studia: omnes conatus: omne ocium ac negocium
 conferas: Christum vero esse puta/ non vocem inanem: sed nihil
 aliud: q̄ charitatem/ simplicitatem/ patientiam/ puritatem: breuia-
 ter quicquid ille docuit. Dyaboli quicquid aliud intellige / q̄ quic-
 quid ab illis auocat. Ad Christum tendit: qui ad solam virtutem
 fertur. Dyabolo se mancipat: qui seruit vicijs. Simplex ergo sit o-
 culus tuus/ et totum corpus tuum lucidum erit. Ad solum Chri-
 stum/ tanq̄ ad vnicam et summum bonum spectet/ vt nihil ames
 nihil mireris: nihil appetas: nisi aut Christum aut propter Chri-
 stum. Nihil oderis: nihil horreas: nihil fugias/ p̄ter vnam tur-
 pitudinem/ aut propter turpitudinem. Ita fiet: vt quicquid egeris
 siue dormias/ siue vigiles/ siue edas aut bibas/ ipsi deniq; iustus tui
 et oia: dicam audacissimō et vicia quedam leuioza/ in que non-
 nunq̄ ad virtutem properantes incidimus: omnia tibi cedant in
 cumulum premy. Quod si nequam erit oculus tuus/ et alio q̄ ad
 Christum spectaris/ etiam si que recta feceris/ infrugifera fuerint/
 aut etiam pernicioza/ vicium enim est: rem bonam non bene age-
 re. Tum ad summi boni metam recta festinant: quocunq; obiter
 occurrunt/ eatenus sunt/ aut reyciendā/ aut assumenda/ quatenus
 cursum tuum/ aut adiuuant/ aut impediunt. Earum rerum ferme
 triplex est ordo. Quædam enim ita sunt turpia/ vt honesta esse non
 possint/ vt vlcisci iniuriam/ male velle homini. Hæc semper asper-
 nanda/ quantouis etiam emolumento proposito/ aut cruciatu. Ni

Christus
 Scopus
 noster.

Rerum
 differentia
 triplex.

hil enim est quod bonum virtum queat ledere preter vnam turpi-
tudinem. Quedam e regione ita sunt honesta/ vt turpia esse non
possint. Quod genus sunt/ bene velle omnibus. Iuuare honestis
rationibus amicis: odisse vicia/ gaudere pvs sermonibus. Que-
dam vero media veluti/ valitudo/ forma/ vires: facundia: eruditio
& his similia. Ex hoc igitur postremo genere rerum/ nihil ptopter
se expetendum. neq; magis minusve adbibende sunt/ nisi quate-
nus conducunt in summam metam. Sunt enim & philofopbis qui
dam fines imperfecti ac medij/ in quibus non oporteat consistere
quibusq; conueniat: vt non frui. Verum que media sunt non eo
dem modo omnia/ aut conferunt/ aut efficiunt ad Christum em-
tibus. Proinde pro momento quod habent: sunt assumenda/ aut
repudianda. Scientia plus adfert adiumenti ad pietatem qm for-
ma/ aut vires corporis: aut opes. Et quaq; omnis eruditio potest
ad Christum referri: alia tamen alia propiore via conducit. Ab
hoc sine/ mediorum omnium vtilitatem aut inutilitatem metire
Literas amas. Recte. Si propter Christum. Sin ideo tantum a-
mas. vt scias tibi consistis: ynde gradum facere oportebat. Quod
si literas expetis: vt illis adiutus Christum in arcanis literis la-
tentz clarius perspicias: perspectum ames: cognitum atq; ama-
tum communices/ aut fruaris/ accingere ad studia literaruz. Ves-
rum non vltra qm ad bonam mentem arbitrere profuturas. Si ti-
bi confidis/ & ingens in Christo lucrus speras/ perge tanq; audax
mercator/ longius etiam in gentium literis peregrinari: atq; Egy-
ptias opes ad dominici templum honestamentum conuertere.
Sin metuis plus dispendij: qm speras compendij: ad primam illam
regulam redi: nosce teipsum: & tuo te modulo metire. Satius est
minus sapere/ & amare magis/ qm magis sapere: & non amare. Er-
ga scientia in medijs principatum obtinet/ deinde sunt vailitudoz
dotes ingenij/ facundia/ forma/ vires/ dignitas/ gratia: authoritas
prosperitas: fama: genus amici/ res familiaris. Doxi vnum quod
qm vt proximo cursu ad virtutem conduceris maxime erit adbi-
bendum: sed si quidem currentibus nobis offerantur/ sin minus:
non erit tamen horum gratia: a proposito cursu deflectendum.
Obuenit pecunia: si nihil obstat ad bonam mentem/ administra-
para tibi amicos de mammona iniquitatis. Sin bonz incutis ti-
mes dispendium: contemne daninosum lucrum/ & vel Craten il-
lum Thebanum imitare: molestam sarcinam in mare potius pre-
cipita: qm te retardet a Christo. Id erit tibi factu procliuus: si que-
admodum diximus: assueueris nihil mirari/ eorum que sunt extra
te/ id est que non pertinent ad hominez interiozem. Ita enim fiet:

vt neq; insolescas/ si hec cōtigerint: neq; differueris animo/ si vel
 negata fuerint/ vel erepta/ quippe qui felicitatem tuam vno Chri-
 sto metris. Quod si citra tuū studium contingunt/ sollicitior esto
 non securior: id cogitans: dataz tibi diuinitus virtutis exercendę
 materiam/ sed periculosam. Quod si suspectam habes fortunę be-
 nignitatem: Prometheus imitare/ ne receperis dolosam piri-
 dem/ ⁊ expeditus ac nudus ad vnicū illud bonum contende.
 Qui vero pecuniam vt rem magnam ingeny sollicitudine expe-
 tunt/ ⁊ in ista statuunt precipuum vite presidium/ qui se beatos pu-
 tant ea incolūmi/ qui miseros clamitant: quum peritū nimirū
 plures deos sibi fingere. Equasi Christo pecuniam si ea te potest
 felicem aut infelicem reddere. Quod dixi de pecunia idē de bo-
 nozibus/ voluptatibus: valitudine/ vno ⁊ de ipsa vita corporis ac-
 cipe. Tanto ardore ad vnum Christum scopum nostrum oportet
 eniti/ vt horum nihil vacet magnopere curare/ siue quum dantur
 siue quum tolluntur. Tempus enim breue est/ vt ait Apostolus.
 reliquum est/ vt qui vtuntur hoc mundo/ sint tanquam non vten-
 tes. Hanc mentem scio mundus vt stultam ⁊ male sanam ridet
 verum per hanc vnam stulticiam placuit deo saluos facere cre-
 dentes. Et quod stultum est dei/ sapientius est hominibus: Ad hęc
 itaq; regulam: quicquid ⁊ agis eriges. Excerces artes/ recte/ si fa-
 ne fraude/ verum quo spectas: Ut alas familiam. At quozuz tibi
 familiam: Ut eam Christo lucrifacias: Bene curris. Ieiunas:
 pium quidem opus: in speciem. Sed quo refers tuum ieiunium?
 Ut parcas penū aut vt religiosior habearis: Nequam est oculus
 tuus. At ieiunas: ne in morbum ineurras: quur morbum metuis:
 Ne te priuet vsu voluptatum: Uiclosus est oculus tuus. Sed
 valere vis/ vt studio sufficias. Studium vero: quo refers: Ut sa-
 cerdotium aliquod tibi pares. Sacerdotium quo animo ambis.
 Nempe vt tibi viuas: non Christo. Aberrasti a signo: quod Chri-
 stianum oportet vbiq; presyrum habere. Sumis cibum: vt valeas
 corpore. Sed ideo valere vis corpe/ vt sanctis studijs: sanctis vigi-
 ljs sufficias. scopū attigisti. Luras autēz valitudinem/ ne fias des-
 formior: ne libidini non sufficias: a Christo exdidisti/ aliū deum ti-
 bi faciens. Sunt qui certos diuos certis quibusdā colunt cerimo-
 nys Alius Christophorū singulis salutat diebus: sed nō nisi con-
 specta eius imagine. Quo tandē spectas: Nempe huc/ q; sibi p̄na
 ferit sese illo die a mala morte tutū fore. Alius Rochū quēdā ado-
 rat/ sed quur: quod illū credat pestē a corpe depellere. Alius Bar-
 bare: aut Georgio certas p̄culas admurimurat/ ne ī man^o hostium
 veniat. hic ieiunat Apollonij/ ne doleāt oētes. Ille vsit diui Job si.

Pandore
 p̄ris

Notata su-
 persticio
 vulgi in
 colendis
 sanctis.

mulactra: vt scabie careat. Nonnulli de lucro certam portionem
pauperibus nuncupant/ ne merces naufragio intercidant. Diero
ni cereolus accenditur/ vt res que perijt recipiatur. In summa: ad
hunc modum/ quot res sunt: quas vel timemus vel cupimus: to
tidem ys diuos prefecimus. Qui ⁊ ipsi diuersis nationibus diuer
si sunt/ vt id apud Gallos valeat Paulus: quod apud nostrates
Dieron: neq; passim id valet Jacobus: aut Iobannes quod illo
atq; illo loco. Que quidem pietas nisi a respectu commodorum
atq; incommodorum corporalium ad Christum referatur adeo
Christiana non est/ vt non ita multum absit a superstitione eorum
qui quondam Herculi decimam bonorum partem vouebant/ vt
dicerent/ aut Esculapio gallum: vt a morbo reualescerent/ aut
qui Neptuno taurum cedebant/ vt feliciter nauigarent. Nomi
na quidem commutata sunt/ sed finis vtriusq; communis. Oras
deum: ne tibi mors accidat p̄gnatura/ ⁊ non oras potius/ vt tibi
mentem meliorem largiatur: vt quocunq; loco te mors oppresse
rit/ non offendat imparatum. Tu non cogitas de mutanda vita/
⁊ deum rogas ne moriaris. Quid igitur oras? Nimirum/ vt q̄ diu
tissime pecces. Oras diuitias/ ⁊ nescis vti diuitijs. Nonne tuam
ipsum perniciem oras? Oras bonam yalitudinem/ ⁊ abuteris sa
nitate/ nonne pietas tua impia est? Reclamabitur hoc loco proti
nus/ a quibusdam religiosulis: qui questum existimant pietatem/
⁊ vt idem ait: per dulces quasdam benedictiones seducunt corda
innocentium/ ventri suo seruietes/ non Jesu Christo. Ergo ne in
quient tu vetas cultum sanctorum: in quibus deus honoratur?
Ego vero non tam damno eos: qui hec simplici quadam supersti
tione faciunt/ q̄ qui emolumentum suum sequuntur: ea que tolera
bilia forasse sunt/ pro summa ⁊ absoluta pietate efferunt: ⁊ suo eod
modo fouent imperitiam plebis/ quam ne ego quidem omnino
contemno: verum non feraz/ vt media pro summis/ minima pro
maximis habeant. Laudabo/ quod a Rocho suo petant incolu
men vitam si eam vitam consecrant Christo. Magis autem lau
dabo/ si nihil aliud orant/ q̄ vt cum odio vicioz angatur amor
virtutum. De moriendo ac viuendo deo in manus dent/ dicantq;
cum Paulo. Sine viuimus siue morimur domino viuimus ac
morimur. Perfectum erit: si dissolui cupiant/ ⁊ esse cum Christo/
si in morbis damnis reliquisq; fortune incommodis gloriam et
gaudium suum constituent: quod digni habeantur qui vel hoc mo
do capiti suo conformentur. Ergo non tam reprehendendum isti
usmodi facere/ q̄ perniciosum in eis consistere/ atq; inniti. Tole
ro infirmitatem/ sed cum Paulo viam demonitro excellentiorz

Ad hanc regulam/ si studia et actus omnes tuos extuleris/ neque
vquam confiteris in medijs/ donec peruenieris vsq; ad Christum
neque aberrabis vnq; a via/ neque rem vllam in vita/ aut facies/ aut
patieris que tibi non vertatur in materiam pietatis.

Canon quintus

Addamus et quintam regulam huic quasi subsidiaria
Ut in hoc vno constituas perfectam pietatem/ si cone
ris semper a rebus visibilibus/ que fere vel imperfec
te/ vel medie sunt/ ad inuisibilia proficere/ iuxta supe
riorem hominis diuisionem. Hoc preceptum adeo ad rem perti
net/ vt eius siue neglectu/ siue inscitia/ pleriq; Christiani p pyo sint
superstitiosi/ et preter cognomen Christi/ non admodum absint a
superstitione gentilium. Duos igitur quosdam mundos imagine
mur/ alterum intelligibilem tantum/ alterum visibilem: intelli
bilem: quem et angelicum licebit appellare/ in quo deus cum bea
tis mentibus/ visibiles/ celestes sphas/ et quod in his includitur
Eum hominem veluti tertium quendam mundum vtriusq; par
ticipem/ visibilis secundum corpus/ inuisibilis secundum animam
In mundo visibili quoniam peregrini sumus/ nusq; oportet con
quiescere/ sed quicquid occurrit sensibus id apta quadam colla
tione vel ad mundum angelicum: vel quod est vilius ad mores
et ad illi respondentem hominis partem referre. Quod sol hic vi
sibilis in mundo visibili/ id diuina mens in mundo intelligibili/
et in ei cognata tui parte puta spiritu. Quod illic luna/ hoc i illo ce
tus angelorum et animarum piarum/ quam vocant ecclesiam tri
umphantem/ hoc et in te spiritus. Quicquid agit mundus superi
or/ in sibi subiectam terram/ hoc agit deus in tuam animam. Oc
cidit sol/ ouitur/ estuat/ temperatur/ viuificat/ producit/ maturat/ at
trahit/ extenuat/ purgat/ durat/ emollit/ illustrat/ serenat/ exbilat.
Ergo quicquid in eo vides/ imo quicquid in hoc crassiore mundo
qui constat ex elementis/ quem nonnulli a reliquis distingere/ de
niq; quicquid in crassiore tui parte/ id assuescas ad deum atq; inui
sibilem tui portionem referre. Ita fiet/ vt quicquid vsq; sese sensu
bus obiecerit/ id tibi fiat occasio pietatis. Quam delectat oculos
corporeos/ quoties sol hic visibilis nouo lumine sese teris infun
dit/ tu potius cogita/ que sit illa voluptas celitum: quibus eter
nus ille sol semper ouitur/ nec vnq; occidit: quantum illud gaudi
um pure mentis/ cui diuinum lumen irradiat. Atq; admonente
creatura visibili/ ora verbis Paulinis/ vt qui dixit de tenebris lu
cem splendescere/ ipse illucescat in corde tuo ad illuminationem

Trea mū
di.

scientiæ charitatis dei in facie Christi Jesu. Repete consimiles lo-
 cos e sacris libris/in quibus passim gratia spiritus diuini/lumini
 comparatur. Tristis tibi nox ac tetra videtur. Animam cogita di-
 uino lumine desinitam/ac vicis caligantem. Et si quid noctis in-
 tra te deprehenderis: ora vt tibi exoriat sol iusticiæ. Sic autem
 existimato adeo nullas nõ esse res inuisibiles/vt eę que videntur
 præ illis vix vmbre quedam sint/ tenuem modo quandam imagi-
 nem illarum oculis representates. Proinde quicquid in corpore-
 is rebus sensus/aut appetunt/aut horrent/ idem conueniet in in-
 ternis spiritum lōge magis amare/ant odisse. Arridet oculis de-
 cora species corporis/cogita q̄ honesta res sit species animæ. In-
 suane quiddam videtur/deformis vultus/ memeto q̄ odiosa res
 sit mens vicis deturpata. Atq; idem de reliquis facito. Est enim
 animæ vt sua quedam venustas aut deformitas/qua vicissim deo
 placet ac diabolo: similis simili/ ita est illi/ z sua quedam iuncta/se-
 necta: morbus/sanitas: mors/vita/paupertas/opulentiā. voluptas
 dolor/bellum/pax/frigus/calor/sitis/potus/fames/cibus/breuitas
 quicquid sentitur in corpore/id intelligendum est in anima. Ergo
 in hoc est iter ad vitam spiritalem ac perfectam/ si sensum assuesca-
 mus abduci ab his que vere nõ sunt: sed partim apparēt esse quod
 non sunt/vt voluptas turpis/honor mundi. partim fluunt/atq; in
 nihilum redire festinant/rapiamurq; ad illa que vere sunt/eterna
 incommutabilia/syncera. Id quod vidit z Socrates/ vir nõ tam
 lingua/q̄ vita philosophus. At enim ita demum animam feliciter
 emigrare e corpore/ si prius per philosophiam mortem fuerit
 diligēter meditata/ z multo ante per rerum corporalium contem-
 ptum/ z spiritualiū amorem ac cōtemplationem/ assueuerit tanq̄
 a corpore abesse. Neq; aliud est crux illa/ad quā nos vocauit Chri-
 stus/ neq; aliud mors: qua nos capiti commori vult Paulus/ quē
 admodum dicit z Propheta. Quoniam propter te mortificamur
 tota die. Estimati sumus sicut oues occisionis. Et quod alijs ver-
 bis scribit Apostolus. Que sursum sunt querite: nõ que super ter-
 ram: que sursum sunt sapite/ q̄ vt ad res corporeas obstupescamus
 z tanq̄ inuisibiles reddamur/ vt tanto magis sapiamus in his q̄
 sunt spiritus/ quāto magis in illis desipuerimus: tanto verius in
 eis incipiamus viuere/ quanto minus vixerimus foris. Deniq; vt
 dicam planius/ eo minus nos moueāt res caducę/ quo magis con-
 gnite fuerint eternę/ hoc minus miremur vmbraicas/ quo magis
 suspicere ceperimus veras. Ergo hec regula semper ad manū ha-
 benda: necubi in rebus tēporarijs resistemus/ sed inde veluti gra-
 du facto ad spiritualium amorem adbibita collatione assurgamus

Partis
 meditatio

ent p̄e bis que sunt inuisibilia/Id quod est visibile contemnere incipiamus. Tolerabilior erit morbus corporis/ si cogitaris eum remedium esse anime. Minus eris sollicitus de valitudine corporis/ si totam curam ad tuendam animi valitudinem conuerteris. Terret te mors corporis: multo magis formidanda mors anime. Vires venenum visibile: quod perniciem adfert corpori/ longe magis horredum virus/ quod interimat animam. Licuta venenum corporis/ at multo presentius venenum voluptas. Dorrescis/ exalbescis/ metuens/ ne te feriat fulmen/ quod e nubibus emicat/ & quanto magis formidandum ne veniat in te fulmen inuisibile ire diuine. Ite maledicti in ignem eternum: Rapit te venustas corporis: quare non magis ardes eam speciem que latet/ in eam transfer amorem tuum/ que perpetua est/ que celestis/ que incorrupta/ & inoderatius amabis formam caducam & fugacem corporis. Quas vt compluatur ager ne sitiatur: magis ora: vt deus conpluat metem tuam: ne a virtutum fruge sterilecat. Magna cura refarcis dispendium rei pecuniarie: maxima cura refarcienda iactura mentis. Prospicias in senectam/ ne quid desit corpori/ & non consulendum ne quid desit animo: Atq; hoc quidem faciendum in his rebus/ que quotidie sunt obuię sensibus nostris: atq; eos pro varietate speciei/ varie afficiunt/ spe: metu: amore/ odio/ dolore/ voluptate. Idem obseruandum in omnibus literis: que ex simplici sensu/ & mysterio/ tanq; corpore atq; animo constant: vt contempta litera: ad mysterium potissimum spectes. Cuiusmodi sūt littere poetarum omnium: & ex philosophis Platonicoꝝ. Maxime vero scripture diuine: que fere silenis illis Alcibiadeis similes: sub tectore sordido ac pene ridiculo/ merum numen claudunt. Alioquin si sine allegoria legeris: Aede simulachrum de argilla yda formatum: eiq; inspiratam animam: Euam de costa subductam: interdicitum: ne de ligno ederent. Serpentem suaorem: deum inambulantiem ad auram: confcios latitantes: Angelum cum rumpbea versatili foribus Paradisi aditum: ne eictis pateret reditus: breuiter totam orbis conditi hystoriam: si nihil ultra superficiem quesieris/ non video quid ita multo maius opere precium sis facturus/ q̄ si cantaueris luteum simulachrum Promothei: ignem dolo subductum: eum simulachro inditum/ lutum animasse: imo fortasse plusculo fructu legetur fabula poetica eū allegoria: q̄ narratio sacrorū librorū: si cōstas in cortice. Si te legētē admonet fabula gigantū/ nō esse pugnādū cū sup̄is: aut ab Ainedū esse ab us studij a q̄bus natura abhorret: aduciēdū atq; ad

ea modo honesta sint: ad que natura propensior est: uti ne contage te impedias/ si tuis moribus celibatus magis convenit/ rursum/ ne celibatui te addicas/ si coniugio videris utilior. Fere enim infeliciter enervire: que tentes invita Minerva: Si te circes potilla docent/ homines voluptatibus tanquam veneficis dementari/ veteritque mortis ex hominibus in pecudes. Si Tantalus sitiens/ miserimum esse: opibus congelis inbiantem uti non auderes. Si Sisyphi saxum/ laboriosam et miseram esse ambitionem. Si Perceus labores admonent/ honestis studiis et industria infatigata parari celum/ nonne hoc discis in fabula/ quod precipiunt philosophi et theologi vite magistri: At si citra allegoriam legeris/ infantes in vtero colluctantes. Vendita pulmento primogenita/ benedictionem patris dolo preceperas. Soliad funda David ictus/ Saroni derasum capillum/ non ita magni refert/ quam si poeticum legas figmentum. Quid interest/ regum aut iudicum libros legas/ an Livianam historiam/ modo in neutra spectes allegoriam. Nam in illa multa insunt que mores communes emendent. in hac nulla etiam absurda in speciem/ et que summa cute intellecta moribus officiant. Veluti latrocinium David. Adulterium homicidio emptum. Sampson perditte amans. Surtius furtarum cum Loth concubitus atque id genus alia mille. Proinde ubique compta carne scripture maxime veteris testamenti: spiritus mysticus rimari conveniet. Hoc tibi sapiet manna/ quod palato attuleris. Sed in eruendis mysterijs non oportet animi tui conjecturas sequi: verum cognoscenda ratio et velut ars quedam quam tradidit Dionysius quidam in libro de divinis nominibus et divus Augustinus in opere de doctrina Christiana. Paulus autem apostolus post Christum fontes quosdam aperuit allegoriarum. Quem sequuntur Origenes/ in hac parte theologie facile principatum obtinet. Eam vero nostri theologi: aut aspernantur fere/ aut oppido quam frigide tractant/ in acumine disserendi veteribus vel pares/ vel superiores: in huius muneris tractatione ne conferendis quidem cum illis/ idque duabus potissimum (ut conyicio) de causis/ alteras quod non potest non frigere mysterium/ quod non eloquentie viribus: ac dicendi lepore quodam conditur/ qua in re precellerunt veteres: nos ne attingimus quidem. Altera/ quod vno Aristotele contenti: Platonicos et Pythagoricos arcent e ludis. At hos posteriores prefert Augustinus/ non solum quod plerasque sententias habent admodum consentaneas nostre religioni/ verum etiam quod ipsi dictionis genus figurati/ ut dicimus et allegorice frequentis/ propius accedit ad sermonem sacre scripture. Non igitur

mirum si commodius tractauerunt allegorias theologicas qui
dicendi copia rem quamlibet etiam ieiunam ac frigidam/locu=
pletare ⁊ conuestire poterant/tum qui omnis antiquitatis doctis=
simi quod in mysterijs diuinis erat faciendus/id fuerant olim in
poetis: ⁊ Platonice libris meditati. Dozum igitur commenta=
tiones te malo euoluere: vtpote qui non ad scholasticam concer=
tationem: sed ad bonam mentem te institutam. Quod si non asse=
queris mysterium/memineris tamen subesse. quod quidem vel
incognitum sperare prestabilius est: q̄ in litera occidente conqui=
escere. Neq; id modo in veteri testamento: verum etiam in nouo
Dabet euangelium carnem suam/habet ⁊ spiritum. Nam etiam
si detractum est velum a facie Moyfi. tamen adhuc Paulus vi=
det per speculum ⁊ in enygmate: ⁊ vt apud Iohannem ipse dixit
Christus. Caro non prodest quicq;: spiritus est qui viuificat. Mi=
hi quidez religio fuisse dicere: non prodest quicq;: satis fuerat fu=
turum: caro nonnihil prodest/ sed multo amplius spiritus. Nunc
ipsa dixit veritas: non prodest quicq;. Adeoq; non prodest: vt iu=
cta Paulum mortifera sit/ nisi ad spiritum referatur. Alioqui vel
hoc vtilis est caro: quod infirmitatem quasi gradibus quibusdaz
ducit ad spiritum. Corpus sine spiritu non potest subsistere/ spiri=
tus corpore nihil eget. Quod si Christo auctore tanta res est spiri=
tus: vt sola viuificet/ huc tendendum/ vt in omnibus literis/ omni=
bus actibus spiritum respiciamus/ non carnem. Et si quis obser=
uauerit/ animaduertet: hoc vnum esse/ quo nos vocant inter pro=
phetas precipuus Esaias: inter apostolos Paulus / qui nulla pe=
ne epistola/ non hoc agit/ non inculcat/ non fidendum esse carni. in
spiritu esse vitam/ libertatem/ lumen: adoptionem: ⁊ fructus illos
optabiles quos enumerat. Carnem vbicq; contemnit/ damnat:
dissuadet. Attende: ⁊ deprehendes passim hoc idem agere prece=
ptorem nostrum Iesum: dum in tollendo de puteo asino/ in illu=
minando ceco/ in confricandis baristis/ in non lotis manibus/ in
conuiujs peccatorum/ in parabola pharisei ⁊ publicani/ in ieiun=
ijs: in fratribus secundum carnem/ in gloria Iudeorum/ quod
essent filij Abrahę/ in muneribus offerendis/ in orationibus/ in phl=
lacterijs dilatatis/ multisq; similibus locis / contemnit carnem le=
gis ⁊ superstitionem eorum/ qui malebant esse Iudei in manifes=
sto q̄ in occulto. Et quum dicit muliercule Samaritanę. Mulier
crede mihi quia venit hora/ quando neq; in mōte hoc neq; in Die
rosolimis adorabitis patrem. Sed venit hora ⁊ nunc est: quuz ve=
ri adoratores adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pa=
ter tales querit qui adorent eum. Spiritus est deus: ⁊ eos qui ado

rant eum: in spiritu & veritate oportet adorare. Idem facto signi-
ficauit: quum in nuptijs aquam frigidę & insipide literę: vertit in
vinum spiritus/ ad vitę vsq; contemptum animas inebrians spi-
ritales. Et ne magnum putes: quod ista contempnit Christus/ que
modo commem. orauimus. Imo contempnit & carnis sue mandu-
cationem: & sanguinis potum/ nisi & spiritaliter edatur atq; biba-
tur. Quibus enim putas ista locutus est/ caro non proderit quicq;
spiritus est qui viuificat: Nempe non vs: qui euangelio de collo
suspensio: aut cruce creata/ se tutos ab omni malo putant: idq; perfe-
ctam religionem existimant: sed quibus summus mysterium de
sumendo corpore suo aperuerat. Si res tanta nihil est/ imo si per-
niciosa/ quid est qui vllis alijs rebus carnalibus fidamus/ nisi ad
fit spiritus: Tu forte quotidie sacrificas/ & tibi viuus/ neq; ad te p-
tinēt incommoda proximi tui. Adhuc in carne es sacramēti. Ve-
rum si sacrificans das operam id esse: quod illa sumptio signifi-
cat/ puta idem spiritus cum spiritu Christi idem corpus cum cor-
pore Christi/ vnum membrum ecclesie. Si nihil amas nisi in Chri-
sto. si omnia tua bona putas omnibus esse communia/ si omnium
incommoda tibi dolent/ ita demum magno fructu sacrificas ne-
pe quia spiritaliter. Si te sentis in Christum quodammodo trans-
figurari/ & iam minus minusq; in teipso viuere: spiritui gratias
age/ qui solus viuificat. Multi quot quoq; die sacris aduerit nu-
merare solent/ atq; hac re tanq; maxima freti/ quasi iam nihil pre-
terea debeant Christo ita templis egressi ad puilinos mores rede-
unt. Quod carnem pietatis amplectuntur laudo: quod illinc con-
sistunt/ non laudo. Peragatur in te quod illic oculis representa-
tur. Representatur mors capitis. Excute te intus in sinu/ quod ai-
unt/ q̄ prope tu mortuus mundo. Quod si te totum adhuc possi-
dent/ ira/ ambitio/ cupiditas/ voluptas/ inuidia/ etiam si contingas
altare/ procul tamen abes a sacro. Occisus est pro te Christus/ ma-
cta & tu pecudes istas. Sacrifica temetipsum illi: qui pro te semet
immolauit patri. Nec si ne cogitas quidez. & in illo confidis: odit
deus pinguem tuam & crassaz religionem. Baptizatus es/ ne pro-
tinus te Christianum putes. Mens tota nihil nisi mundum sapit
In manifesto Christianus es: in occulto gentili/ gentiliory. Quir-
ita: quia corpus sacramenti tenes spiritu vacas. Ablutum est cor-
pus quid refert dum animus manet inquinatus: Sale contacta
est caro/ quid tum: si insulfus manet animus: Unctus est corpus
at inunctus animus. Sin conspultus es Christo intus/ & iam cū
eo in nouitate vitę meditaris ambulare agnosco Christianum. as-
pergeris aquila cōsecrata/ quozum attinet/ modo tu internas soz-
des non abstergas ab aīo. Veneraris diuos/ gaudes corū reliqas

Eadez in
cultu di-
uozum.

cōtingere. Sed contēnis/quod illi reliquet optimū: puta vitę pu
rę exēpla nullus cultus gratior Marię: q̄ si Marię humilitatem
imiteris. nulla religio sanctis acceptior magisq; prop̄a/ q̄ si virtu
tem illoꝝ exprimere labores. Vis tibi demereri Petru aut Pau
lū: alterius fidē: alterius imitare charitatē: ⁊ plus fceris/q̄ si de
cies Romā curstaris. Vis summo honore Francisci officere. ela
tus es/admirator pecunię es. cōtentiosus es: largire hoc diuo. Lō
pesce aios/ ⁊ exēplo Francisci esto modestior: cōtemne sordidū lu
crū: ⁊ inbia bonis ai. Remitte contētionē/ ⁊ vince in bono malū.
istū honore pluris faciet diuus ille/q̄ si centū illi cereos accēderis
Magnum quiddam putas/ si Francisci cucullo obuolutus sepul
chro inferaris: Nihil proderit vestis filis mortuo tibi/ si mores fu
erunt dissimiles uiuo. Et q̄q; vniuersę pietatis exēplaria Lbristo
commodissime petitur/ tñ si Lbristi cultus in sanctis eius te impē
dio delectat. Lbristū facito in sanctis imiteris/ ⁊ ad singulorū bo
nozem singula vicia mutare aut singulas virtutes amplecti stude
Doc si accesserit/ iam ⁊ illa que foris sunt/ non improbabo. sum
ma veneratione complecteris cineres Pauli: non damno/ si sibi
constat tua religio. Si veneraris cinerem mutum ⁊ mortuum/ ⁊
uiuam illius imaginem/ ad huc loquentē/ ac tanq; spirantē: que in
illius literis supest/ negligis: nōne prepostera est tua religio. Ado
ras ossa Pauli in oculis condita: nō adoras mentē Pauli/ in scri
ptis latentē. Magni facis fragmentū corporis/ per vitru perspi
cū ⁊ nō miraris totū aim Pauli per literas pellucētē. Cineres
colis/ ad q̄s nōnunq; vicia tolluntur corporū quur nō litteras ma
gis quibus vicia sanantur aiarū. Signa ista mirētur fideles/ qui
bus data sunt tñ fidelis libros illius amplectere/ vt q̄ nō diffidis
deū oia posse/ discas illū sup oia diligere. Honoras imaginē vul
tus Lbristi saxo lignoue deformatā/ aut fucatā coloribus/ multo
religiosius honorāda mētis illius imago que spūsc̄i artificio ex
pressa est literis euāgelicis. nullus Apelles sic effingit penicillo li
niamēta figurāq; corporis: vt in oratione cuiusq; relucet imago
mētis/ preserti in Lbristo: qui quū esset summa simplicitas veri
tasq; nihil oīno poterat esse dissilitudinis/ inter archetypū diuini
pectoris/ ⁊ inde ductā imaginē sermonis. Ut nihil patri similis
q̄ filius patris verbū ex intimo illius corde promanans: ita Lbr
sto nihil similius/q̄ Lbristi verbum/ de pectoris illius sanctissimi
adytis red ditum. Et hanc imaginē/ nō miraris/ nō adoras/ non
oculis p̄s collustras: nō aīo amplecteris. Tā sc̄tās tā efficaces ha
bes dñi tui reliquias/ ⁊ his neglectis/ multo queris alieniora. At
tonijus spectas tunicam/ aut sudariū quod fertur Lbristi: ⁊ som
niculosus legis oracula Lbristi. Maximo mai^o esse credis: quod

crucis portuiculam domi possides. At istud nihil est: ppe illo si my-
sterium crucis in pectore conditum gestes. Alloqui si ista faciunt
religiosum/ quid religiosus Judeis/ quorum impyissimi pleriq;
Jesum tamen in carne viuentem oculis viderunt/ auribus audie-
runt/ manibus contrectarunt. Quid Juda felicius/ qui ore os di-
uinuz pressit: Adeo sine spiritu non prodest caro quicq;. vt ne vir-
gini quidem matri profuturum fuerit/ quod eum de sua carne ge-
nuit/ nisi ⁊ spiritu spiritum illius concepisset. Maximum hoc: sed
audi malus. Apostoli donec corporeo Christi contubernio frue-
rentur. nonne legis q̄ fuerint imbecilles/ q̄ pingue quiddam ad
huc sapuerint: Quis aliud ad absolutam salutem desyderaret/ q̄
tam diluturnum dei/ atq; hominis conuictum: Et tamen post edi-
ta miracula/ post tot annorum diuini oris doctrinam/ post tot ar-
gumenta resuscitati/ nonne suprema hora/ tam recipiendus in ce-
lum exprobat eis incredulitatem illorum: Quid igitur in causa?
Nempe obstabat caro Christi/ atq; indg est/ quod ille dicit: Nisi
ego abiero/ paraclitus non veniet. Expedi vobis vt ego vadam
Christi corporea presentia/ inutilis ad salutem/ ⁊ in vlla preterea
re corporali audebimus perfectam pietatem statueret: Paulus vi-
derat Christum in carne/ qui hoc maius esse putas: At ille contē-
nit dicens. Esti Christum inquit nouimus secundum carnem: sed
iam nunc non nouimus. Quare nō nouerat: Quia profecerat ad
meliora charismata spiritus. Verboſus forte hęc disputo: q̄ con-
ueniat ei/ qui regulas tradat. Verum ideo facio accuratius: neq;
sine graui causa/ quod re ipsa compertum habeo/ hunc errorem
communem esse pestem totius Christianismi/ que vel hoc grau-
ozem perniciem adfert/ quod specie quidem pietati proxima est.
Nulla enim periculosa vicia/ q̄ que virtutem imitantur. Naz
preterq; q̄ bonis etiam lubricus in ea lapsus est nulla difficilius
coeriguntur/ propterea quod vulgus imperitum religionem vio-
lari credit/ dum istiusmodi reprobentur. Reclamet ilico mun-
dus ⁊ oblatrent clamosi quidam concionatores qui ista libenter
intus cantunt/ videlicet non ad Christum/ sed ad suum compendi-
um respicientes. Ob quozū vel imperitam superstitionem: vel fi-
ctam pietatem sepius mihi testandum est/ me nequa q̄ taxare cor-
porales cerimonias Christianozum/ ⁊ studia simplicium/ prefer-
tim ea que ecclesiastica comprobauit auctoritas. Sunt enim non-
nunq; tum indicia/ tum adminicula pietatis. Que quoniam fere
necessaria sunt infantibus in Christo: donec grandescant ⁊ occur-
rant in virum perfectum tamen ne a perfectis quidem conuenit
fastidiri. ne exemplo ledatur infirmi. Quod facis probo/ si modo

finis viciōsus non fit: tūm si sibi non figis metam: vnde gradum
factum oportebat ad salutē propiora. Verum Christum visibili-
bus rebus ob visibilia colere: et in his fastigium religionis ponere
hinc sibi placere: hinc alios dānare: his insuāescere atq; adeo im-
mozi: et vt semel dicam: his ipsis a Christo auocari quē ad hoc tā-
tum adhibētur/vt ad eum conducant: hoc est nimirum a lege euā-
gely quē spiritalis est: desciscere: et in Iudaismum quendam reci-
dere/neq; minus forte periculosum/et sine hac superstitione ma-
gnis et apertis animi vicys laborare. Capitalior hic quidem mor-
bus. Esto: sed ille insanabilior. Quātum vbiq; sudauit precipuus
ille spiritus assertor Paulus vt Iudeos a fiducia operum abduc-
tos: ad ea quē sunt spiritalia promoueat. Atq; huc denuo vulgus
Christianoꝝum video reuolutum. Quid autē dixi vulgus: Serē-
dum hoc: nisi et sacerdotum et doctorum bonam partem: deniq;
greges eozum qui spiritalem vitam vocabulo et cultu profitētur
pene totos hic error occupasset. Si sal infatuatum est: vnde falie-
tury Pudet me perire: quāta superstitione pleriq; istozum obser-
uent ceremonias quasdam ab homūculis: nō tamen hoc animo:
institutas: quāto odio easdem ab alijs flagitēt: quanta securitate
his fidant/ quanta temeritate alios indicent/ quanta contentione
tueantur. His factis suis celum deberi putāt: in quibus si quando
ocalluerint. iam Pauli atq; Antony sibi vidētur/ incipiūt mag-
no supercilio aliene vitę cēsura exercere: ad imperitoꝝum (vt ait
Lomicus) regulam illam vt nihil nisi quod faciūt ipsi rectum pu-
tēt. Leterum vbi in suo instituto consenserūt: videbis eos nihil
ad huc Christi sapere sed animales: ac tristibus quibusdam vicys
madētes: in cōiuctu morosos/ ac vix etiam sibi tolerabiles. chari-
tate frigidus/ ira feruidus: odio pertinaces: lingua virulentos/ in
exercēdis similitatibus inuictos/ pro re quamuis nibili depugna-
re paratos: adeoq; alienos a perfectione Christi/ vt ne communi-
bus quidem virtutibus sint prediti: quas etiam ethnicis: vel ratio
natura insita/ vel vsus vitę: vel philosophozū p̄cepta parāt. In-
dociles/ intractabiles/ rixosos/ voluptatum audios/ ad verba diui-
na nauseabundos: nulli commodos: de alijs male suspicaces: sibi
blādientes. Buccine tot annoꝝum laboribus deniq; peruentum est:
vt pessimys sis: et optimus tibi videre: vt pro Christiano sis Ju-
deus: inutis tātum elementis seruies: vt gloriā babeas non in
occulto apud deum/ sed in manifesto apud homines. Quod si in
spiritu ambulasti/ nō in carne/ vbi fructus spiritus: vbi charitas:
vbi gaudiuz illud animi: vbi pax erga omnes: vbi patientia: lo-

ganimitas/bonitas/benignitas/manifectudo/fides/modestia/continētia/castitas/ vbi Christi imago in tuis moribus: Non sum inquis scortator/nō fur/non sacrilegus/et obseruo quę sum professus. At quid est hoc aliud:quę nō sum sicut ceteri homines/raptor/res:adulteri/et ieiuno bis in Sabbato: Malo malo publicanum bumilem et misericordiam implozantem/quę istud iustorum genus sua benefacta commemorātium. Quid autem professus es:an ne faceres quod olim in baptismo iurasti/te Christianum hoc est spiritalem nō Iudeum futurum: Quippe qui propter traditiūculas hominum trāsgrederis mādata dei. An nō Christianissimus est vita spiritualis: Audi Paulum Romanis loquentem. Nihil ergo damnationis est his qui sunt in Christo Jesu/qui nō secūdam carnem ambulāt. Lex enī spiritus vite in Christo Jesu liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi quę infirmitabatur per carnem/deus filium suum mittēs in similitudinem carnis peccati/et de peccato dānauit peccatū in carne vt iustificatio legis impleretur in nobis/qui nō sūm carnē ambulamus/sed secūdam spiritum. Qui enim in carne sunt/quę carnis sunt sapiūt:qui vero in spiritu sunt/quę spiritus sunt sentiūt. Nam prudētia carnis mors est:prudētia autē spiritus vita et pax. Quā sapiētia carnis inimica est deo:legi enī dei nō est subiecta:nec enī potest. Qui autē in carne sunt/deo placere nō possunt. Quid dici poterat plenius: quid aptius. Uerum hęc nihil ad se pertinere putāt hoies ad suis blādiēdiū vicis arguti:ad aliena carpēda precipitāt/et quod Paulus dixit de secūdu carnē ambulando/in adulteros modo et scortatores referūt:quod de sapia carnis quę inimica est deo: eos detorquēt:qui saturaꝝ secularē (quā vocant) didicerūt. In vtroq; sibi plaudūt quod neq; adulteri sunt:et oim literarum egregie indocti. Ceteruz in spiritu viuere:nihil aliud esse somniant:quę facere. s. quod faciūt ipsi. Qui si linguam Paulinam tam diligēter obseruassent:quę fortiter contemnūt Liceronianam: intelligerent nimirum apostolū vocare carnem: id quod visibile est/spiritū quod invisibile. Docet autem vbiq; visibilia oportere seruire inuisibilibus/non contra inuisibilia visibilibus. Tu prepostere ad ista Christum accommodas:quę cōueniebat ad Christum applicari. An testimoniu flagitas:carnis vocabulum nō tātum ad libidinem aut luxurę pertinere: Accipe quod idem Apostolus hoc ipsum (quod semp) agēs:scribit Colossensibus. Nemo vos seducat volens in bumilitate et religione angelorū quę nō vidit:ambulās frustra inflatus sensu carnis sue:et nō tenens caput: id est/Christum:ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones sumministratum/et constructū

crescit in augmentum dei. Et ne qđ dubites eum loqui de ys: qui
 ceremonijs quibusdā corporalibus freti: aliorum spiritualibus ob
 strepunt studijs: attende quod sequitur. Si ergo mortui estis cum
 Lbriso: ab elementis huius mūdi/ quid adhuc tanq̄ viuētes mū
 do decernitis: Ab his igitur nos auocans paulo post. Igitur in=
 quid si cōsurrexistis cū Lbriso: que sursum sunt querite: vbi Lbrī
 stus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: nō que super
 terram: Deinde spiritualis vite p̄cepta tradens: quid tandem mo
 net: Num vt his aut his ceremonijs vtamur: num vt sic aut sic ve
 stiamur: vt his aut his cibis victitemus: vt tantus psalmodum ex
 bauriamus: Nihil horum. Quid igitur: Mortificate inquit mē=
 bra vestra que sunt super terram/ fornicationē/ immūdiciam/ sibi=
 dinē: cōcupiscentiam malā/ et auariciam: que est idolorū seruitus.
 Ac paulo post. Nūc autem deponite et vos omnia/ iram/ indigna=
 tionē/ maliciā. pauloq; inferius. Expollātes vos veterē hoīem cum
 actibus suis: et induētes nouum eum qui renouatur in agnitionem
 dei scđm imaginē eius qui creauit eum. Quis est autē vetus homo:
 nempe Adam ille de terra terrenus: cuius cōuersatio est in terra:
 nō in celis. Terrā intellige: quicquid visibile/ eorūq; temporarium.
 Quis nouus homo: nempe de celo celestis. Celū accipe: quicquid
 inuisibile/ eorūq; eternū. Postremo: ne Judaico more certis quibus
 dā obseruationibus tanq̄ magicis ceremonijs deū demereri ves
 timus: docet eatenus opera nostra grata esse deo: quatenus ad cha
 ritatē referuntur: in id idem profecta. Super oia autē hec inquiring
 charitatē habete: quod est vinculū perfectionis/ et pax Lbrīstī ē: ul
 tet in cordibus vestris: in qua et vocati estis in vno corpore. Dabo
 argumentū euidētius. ad Galatbas scribens sepe carnem/ sepe spi
 ritum noīat: quos non tm̄ a libidine vocat ad castimoniam/ sed a
 Iudaismo et operū fiducia in quā erāt a pseudo apostolis inducti
 conatur retrahere. Dic igitur opera carnis/ vide que vicia com=
 memorenq; Manifesta sunt autē opera carnis/ que sunt fornicatio/ i
 mūdicta/ impudicitia/ luxuria/ idolorū seruitus/ veneficia/ inimici
 tic/ cōtentiones/ emulationes/ irē/ rixē/ dissensiones/ secte/ inuidie/
 homicidia/ ebrietates/ cōmessationes/ et bis similia. Neq; multo post
 si spū viuimus: spū ambulem⁹. Deinde qñ pestē spiritui infestā indi
 cans addit. Nō efficiamur inanis glorię cupidi inuicē prouocātes
 inuicē inuidētes. De fructibus arbor cognoscitur. qđ vigilias: qđ
 ieiunia: qđ silentia: qđ preculas: qđ reliquas id genus obseruatio
 nis nō preteris: nihil moroz: in spū nō credā esse. nisi videro fruc
 tus spūs. in carne esse: quur nō affirmē/ quū post secularē pene ista
 rū rerū exercitationē: adhuc in te deprehendā opa carnis: Inuidē=

tiam plusq̄ muliebrem: Iracundiam & ferocitatem militarem: ri
xandi nunq̄ satiatam libidinem/rabiosam maledicentiam. vi pe
rum linguę obtracatris venenum/animū tumidum/ceruicem
refractam. labricam fidem/vanitatem/fictionem/assentationez.
Tu fratrem in cibo aut potu culum: indicat: Paulus te iudi
cat ex facie tui. An hoc de carnalibus mūdanie separat: quod
tu leuioribus quādam in rebus sed iudicium tamen vicijs laboras.
Nūm turpior est qui ob hereditatem interceptas. obviatam fi
liam: ob solent pariter: ob magistratus: ob principis gratia iras:
inimicitias: emulaciones suscipit q̄ tu qui (pudet dicere) q̄ de ni
bilo: malō hęc omnia facis acerbior. *L. vlt. peccādi leuior non
debet ostēdi: sed exaggerat. Hoc refert in quanto peccos/ modo
pari affectu/ Jho refert ad eo/ hęc enim quisq̄ sceleratior est quo
in iore mōmēto ad bono abducitur. Non ego nūc loquor de
iō mōnacho: quoz impes t mūdus prestatat. Sed de his quos
vulgus intratur: nō vt homines: sed vt āgelos. Quos ipsos tamē
ostēdi non opōr: nec hoc sermone qui vicia notat: non homines.
Quod si boni vni finis gaudeat etia: a quocūq; admoneri in his
quę ad salutem pertinent. Neq; clam me est inter eos esse pluri
mos: qui hęc in genio aduū spiritus mysteria degustarūt: sed
(quod ait *L. vlt. s. fore sic: v. maior pars vincat meliorem. Cete
rum si verum faten fas est/ mōne videmus arcuissimū quodq; mo
nachorum genus: fastidium religionis aut in ceremony/ aut in
certa lege psalmodiz/ aut in corporis laborē ponere: Quos si quis
excitiat atq; de spiritualibus percontetur: vix per paucos inuene
rit: qui non in carne ambulant. Et hinc ista tāta animozum infir
mitas: illic trepidatūm vbi timor nō est/ illic oscitantū vbi sum
mum est periculum. Hinc illa perpetua in *L. vlt. infantia/ vt ne
quid dicam grauius/ quod preposeri rerum eliminatores/ ea faci
mus plurimiq; sola nibili sunt/ q̄o neglectis: quę sola sufficiunt
semper sub pedagogis agentes/ semper sub iugo/ nec vnq; ad li
bertatem spiritus aspirantes: mūdā ad amplitudinem charitatis
crefcetes. Quam clamat Paulus ad Galatbas: itate & nolite itē ū
iugo seruitutis contineri. Atq; alio loco. Itaq; lex pedagogus nō
ster fuit in *L. vlt. vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam
non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem
quę est in *L. vlt. Jesu. Neq; multo inferius. ita & nos quom esse
mus paruuli/ sub elementis mūdi eramus seruicetes. At vbi venit
plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere/
factū sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret/ vt adoptionē
filiozum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus*****

spiritus filij sui in corda vestra clamantem/abba pater. Itaq; iam
nō est seruus sed filius. Iterum alibi. Vos enim in libertatem vo
cati estis fratres/tātm ne libertatem in occasione detis carnis
sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in
vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.
Quod si inuicem mordetis et comeditis: videte ne ab inuicem cō
sumamini. Rursum ad Romanos. Nō enim accepistis spiritum
adoptionis filiorum dei/ in quo clamamus Abba pater. Eodem
pertinet et illud quod Thimotheo scribens. Excerce autē (inquit)
teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum
vtilis est. pietas ad omnia est vtilis. Et ad Corinthios. Dominus
spiritus est. Ubi autē spiritus/ubi libertas. Sed quid nos vnum
aut alterum locum referimus. Totus in hoc est Paulus/ vt caro
que cōtēntiosa est contemnatur/ et in spiritu/ qui charitatis et liber
tatis est auctor nos constituat. Indiuidue enim inter se comites
sunt/ caro/ seruitus/ inquietudo/ cōtēntio. Rursum. spiritus/ pax/ a
mor et libertas. Hoc passim inculcat Apostolus. Num meliorem
religionis magistrum requirimus presertim quū huic omnis di
uina scriptura cōtinat. Docerat maximū mandatum in lege
Moysaica/ hoc iterat ac perficit in euāgelio Christus. Ob hoc po
tissimum natus ac mortuus est vt nos doceret. nō Iudaizare/ sed
amare. Post cenam illam supremam/ q̄ sollicite/ quanto affectu
mādat apostolis suis/ nō de cibo aut potu/ sed de charitate mutuo
seruāda. Quid aliud docet/ imo rogat huius symmystes Johan
nes nisi vt diligamus inuicem. Paulus quū passim (vt dixi) cha
ritatem commēdans: tum ad Corinthios scribens/ et miraculis
et prophetie: et angelorū linguis antepōnit charitatem. Ne tu mi
hi illico charitatem esse dicas/ in templo frequētem esse/ signis di
uinarum procumbere/ cereolos accēdere/ numeratas peculas itera
re. Nihil istis opus habet deus. Charitatem Paulus vocat/ edifi
care proximos/ omnes eiusdem corporis membra ducere/ omnes
vnum in Christo putare/ de fraternis cōmodis/ perinde vt de tuis
in domino gaudere/ in commodis mederi veluti proprijs. Nan
sue te corripere errātem/ docere nescientem/ erigere lapsum/ con
solari deiectum/ adiuuare laborātem. Subuenire egenti/ in sum
ma omnes opes tuas/ omne studium/ omnes curas ad hoc refer
re/ vt q̄ plurimis profis in Christo/ vt quemadmodum ille neq; si
bi natus est/ neq; vixit/ neq; mortuus est. sed totus se donauit vni
us nostris: ita et nos fratrum commoditatibus inseruiamus/ nō
proprijs. Quod si fieret/ nihil esset religiosorum vita neq; letius/
neq; facilius/ quā nūc. contra tristem fere videmus et laboriosam.

de Judaicis superstitionibus plenam: nec ab ullis laicorum vicis immunem: in nonnullis contaminatorem. Quod hominum genus si nunc reuisceret Augustinus: quo auctore vite plerique gloriantur: profecto ne agnosceret quidem. clamaretque nihil se minus probaturum fuisse: qui hoc vite genus: neque ad superstitiones Iudeorum: sed ad apostolorum regulam vivendi rationem instituisse. Sed audio iam dudum mihi respondeant: quidam paulo saniores. In minimis vigilandum: ne paulatim defluatur in maiora vicia. Audio et approbo: verum non paulo magis aduigilandum: ne sic inbereas minimis: ut a maximis penitus excidas. Tibi periculum evidentius: sed hic gravior: ita Scyllas fugito: ne in Charybdis incidas. Ista facere salutare est: sed eis imitari perniciosum. Paulus non te vetat elemētis uti: sed seruire non vult elemētis: cui qui liber est in Christo. Non damnat legem factorum: sed si quis ea legitime utatur. Sine his fortasse pius non eris: sed non ista te pius faciunt. Conducent ad pietatem: ita si quidem in hoc utare. Si frui ceperis: pietatem omnem semel extinguunt. Apostolus contemnit opera Abrahæ: que summa fuisse: nemo nescit: et tu tuis confidis: Deus auersatur victimas et sabbata: et neomenias populi suorum omnium: ipse fuerat auctor. An andebis tuas obseruatiunculas: cum diuine legis preceptis conferre? Audi tamen ad ista nauseantem ac stomachatam deum. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus: plenus sum. Holocausta arietum: et adipem pinguium: et sanguinem vitulorum: et agnorum et hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum: quis quesuit hec de manibus vestris: ut ambularetis in atris meis: ne offeratis vltra sacrificium frustra. incensum abominatio est mihi. Neomeniam et sabbatum: et festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cætus vestri. Calendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea. Sancta sunt mihi inuestra: laboravi sustinens. Et quem extenderitis manus vestras: avertam oculos meos a vobis: et quem multiplicaueritis orationes vestras: non exaudiam vos. nonne quem obseruationes et ritus sacrorum commemorat: tum multiplicatas orationes: tanquam digito notat eos: qui religionem numero psalmodiarum aut precum metuantur? Atque illam quam mire diuinum fastidium propheta facundus exaggerat: ut neque auribus neque oculis ferre potuerit. que tandem obsecro: minime que ipse tanta religione seruanda tradiderat: que tanta peroratione tot seculis fuerant a regibus sanctis et prophetis obseruata. Et hec detestatur adhuc in lege carnali: et tu tuis domini tibi patris obseruatiunculis fides in lege spiritali: idem alio loco eundem prophetam clamare indefinenter et instar tubæ voces iubet

intenderet: videlicet in re seria & acri reprehensione digna: queq;
fere nō nisi magna cōtentione ab istis obtineri queat. me inquit
de die in diē querūt: & scire vias meas volūt: quasi gens que iusti-
ciā fecerit: & que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogāt me iu-
dicia iusticie: & appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus: &
nō asperxi: humiliauimus aias nostras & nescisti: Ecce in die ie-
iunij vestri inuenitur volūtas vestra | & oēs debitores vestros re-
petitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno
impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad banc diē: vt audiatur in excel-
so clamor: vester. Nūquid tale est ieiuniū qđ elegi: per diē affligere
hoiem animā suā. Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suum:
& saccum & cinerē sternere. Nūquid istud vocabis ieiuniū: & diem
acceptabilem dño. Sed quid hoc esse dicemus. Damnat deus:
quod ipse mandarāt. Minime. Quid igitur. Sed in carne legis
manere: & in re nibili cōfiderere: id vero detestatur. Proinde vtroq;
loco quid velit accedere demōstrat. Lauamini/ inquit: mūdī esto:
te: auferte malū cogitationum vestrarum de oculis meis. Quum
audis mala cogitationū/ nōne palā spiritū & internū hominē de-
notauit. Oculi dñi non vident in manifesto/ sed in occulto/ neq;
scđm visionem oculorum iudicat/ neq; secūdam auditum aurium
arguit. Nescit fatuas virgines: foris expolitas/ intus inanes. Nō
nouit eos qui labys dicunt dñe dñe. Deinde admonet vsū vite
spiritualis: non tam in ceremonijs q̄ in proximi charitate sitā esse.
Querite iudicium: subuenite oppresso/ & iudicate pupillo: defendite
viduam. Similia subterxit/ & alteri loco de ieiunijs. Nonne
hoc est magis ieiunij quod elegi: Dissolue colligationes impie-
tatis. Solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos: qui contracti
sunt liberos: & omne onus dirumpe. Strange esurienti panem tu-
um: & egenos vagosq; induc in domum tuam. Quum videris nu-
dum/ operi eum: & carnem tuam ne despereris. Quid igitur faci-
et Christianus. Negliget ecclesie mandata: contemnet honestas
maiorum traditiones: damnabit pias consuetudines. Imo si in-
firmus est/ seruabit/ vt necessaria/ sin firmus & perfectus: tanto
magis obseruabit/ ne sua scientia scandalizet fratrem infirmum
& occidat eum pro quo mortuus est Christus. Nec oportet non o-
mittere/ sed illa necesse est facere Non damnatur opera corpora-
lia/ sed preferuntur iniuifibilia. Non damnatur cultus visibillis/
sed non placatur deus/ nisi pietate iniuifibilibus. Spiritus est deus/ &
spiritualibus victimis flectitur. Turpe sit Christianis ignorare/
quod gentilis quidam Poeta non ignorauit. Qui de pietate pre-
cipiens. Si deus inquit est animus/ vt nobis carmina dicunt.

Dic tibi precipue fit pura mente colendus. Ne contemnatis at
thorem/vel ethnicum/vel ininitum. Sententia est magno etiam
theologo digna/ et vt ego quidem deprehēditam intellecta a pat-
ris is quā nemine nō lecta. Ea vero est huiusmodi. Similia simi-
libus afficiuntur/ tu deus tauro ceto/ aut thureo vapore moueri ma-
gnopere credis/ quasi corpus esset. Mens est: et quidem purissima
simplicissimaque. Proinde potissimum mente pura colendus est.
Tu cereum accensum/ sacrificium putas. At David Sacrificium
inquit deo spiritus contribulatus. Et si desperit sanguinem bir-
corum aut vitulorum/ at cor cōtritum et humiliatum nō despiciet
Si facis: quod tribuitur oculis hominum/ multo magis adhibe:
quod requirunt oculi dei. Religioso cucullo tegitur corpus/ quid
tū si mūdānam vestem gerit animus? Si niuea tunica velatur
homo exterior: sicut et interioris hominis vestimēta candida sicut
nix. Silētium agis foris/ multo magis cura vt vacet mens intus
In templo visibili demittis genua corporis/ nihil agitur/ si in tem-
plo pectoris stas erectus contra deum. Veneraris lignum crucis
magis sequere mysterium crucis/ ieiunium agis/ et abstines ab his
que non coinquinant hominem/ et nō contines ab obscenis ser-
monibus: qui polluūt et tuam et alienam cōsciētiam. Corpori sub-
ducitur cibus/ et anima filiquis porcorum sese ingurgitat. Exor-
nas edem saxeam: religioni habes loca sacra. Quid refert: si tem-
plum pectoris cuius parietem perfodit Ezechiel: abominationi-
bus Egyptus prophanatū est: Sabbatum agis foris: et intus om-
nia vitiorum tumultibus perstrepunt. Non mechatur corpus/ sed
auarus es/ iam iniquus est animus. Psallis lingua corporea/ sed
intus ausculta quid dicat animus. Ore benedicis: et corde male-
dicis. Corpore angusta cellula cōtineris/ et cogitatione per totum
orbem vagaris. Audis verbum dei corporeis auribus. Magis
audias intus. Quid enī dicit propheta: Nisi audieritis intus/ pro-
pheta animayestra. Quid autem legis in euangeliis? Ut videntes
non videant/ et audientes non audiant. Et propheta/ aure audie-
tis et non percipietis. Beati igitur/ qui intus audiunt verbum dei
Felices quibus dominus intus dicit verbum et saluabūtur ani-
me illorum. Hanc aurem iubetur a David inclināre filia regis/ il-
la/ cuius omnis decore ab intus in fimbrijs aureis. Deniq; quid
refert/ mala nō facere/ que affectu concupiscis? Quid refert bona
foris agere/ quibus diuersa fiūt intus? An magnum est quod cor-
pore Hierosolymam adis/ quū intra temetipsum sit Sodoma/ sit
Egyptus/ sit Babylon? Non magnum est carnis calcaneis ve-

figia calcasse *Christi*:at maximū: affectu sequi vestigia *Christi*. Si maximum est cōtigisse sepulchrum domini: nō maximum erit ex-
pessisse mysterium sepulture. Accusas apud sacerdotem boiem
tua peccata: vide quomodo accusas apud deum. Nam apud illuz
accusare: intus odisse est. Tu forte sigillis cereis: aut pectin: ola/aut
peregrinatiūcula semel elui culpas credis. Tota erras via. Intus
acceptum est vulnus: intus pharvacum admoueat necesse est.
Corruptus est affectus amasti: quod erat odio dignū: odisti/ quod
erat amandum. Dulce tibi fuit amarum: et amarum dulce. Nihil
moroz: quid exhibeas foris. Sed si mutatis vicibus: quod modo
amabas: odisse/ fugere: horrere ceperis: si dulces sit affectui quod
modo fel sapiebat. ita demuz sanitatis argumentum accipio. Ama-
nit multū *Magdalena*: et dimissa sunt ei peccata multa. Quo ma-
gis *Christum* amabis/ hoc magis oderis tua vicia: nā odiuz pec-
cati cōsequitur amorē pietatis: velut vmbra corpus. Ma'lo te se-
mel mores tuos viciosos intus ac vere odisse: q̄ decies verbotes-
nus detestari apud sacerdotem. Ergo/ vt quēdam exempli gratia
retulimus in toto theatro mūdi huius visibilis: in vetere lege/ in
noua: in omni mādato ecclesie/ deniq; in teipso atq; in omni ne-
gocio humano: foris caro quēdam est: intus spiritus. In quibus si
non ordinem faciemus preposterum: sed in his que videtur non
ita multum fiducia ponetes: nisi quatenus ad meliora momenti
quid adferūt/ semper ad spiritum et ea que charitatis sunt respicia-
mus: euademus nō tristes vt isti et imbecilles: semp pueri (vt pro-
uēbio dicitur) animalia/ ossa arida. (vt apud prophetam est) spi-
ritum non habētia: lethargici/ stupidi/ rixosi/ liuidi/ susurrtones/ sed
exclsi in *Christo*: amplii charitate robusti et ad vtramq; fortunaz
stabiles/ ad minima cōiuētes. ad summa enitentes: pleni alacri-
tatis: pleni scientie: quam qui reyciūt: eos reycit et ille scientiarum
dominus. Imperitia enim: quā fere comitatur indocilitas: et quā
greci pulchre vocant phylautiam/ sola facit: vt (quod ait *Esaias*)
cōfidamus in nibili et loquamur vanitates. Concipiamus laborē
et pariamus iniquitatem. Semper seruiamus trepidi atq; humi-
les cerimonys *Judaicis*. De cuiusmodi loquens *Paulus*. Testi-
monium inquit perhibeo illis: quod zelum quidem dei habent:
sed non secundum scientiam. Quid autem ignorabant: Nempe
quod finis legis *Christus*. *Christus* autem spiritus est: charitas est.
Apertius autem *Esaias* miseram et inutilem istozum seruitutem
in carne describit. Propterea inquit captiuus ductus est populus
meus: quia nō habuit scientiaz. Et nobiles eius interierunt fame
et multitudo eius siti. exaruit. Non mirum quod populus seruit

elementis huius mundi videlicet vulgus indoctus: non nisi de alieno pectore sapiens. Magis mirandum quod religionis Christiane quasi primates: in eadem captivitate fame intereant: & sui exarscant. Quare fame intereant: quia non didicerunt a Christo frangere panes ordeaceos Siliquas modo asperam circūlingunt. medullam non eruiūt. Quare sui exarscant. quia non didicerunt a Mose aquam de spiritali petra elicere. Neque hauserūt de fluminibus quę de vētre Christi fluit aquę vię. Hoc autem dicitur est de spiritu: nō de carne. Tu igitur mi frater: ne tristibus laboribus nō multum promoveas: sed mediocri exercitio cito gradis & vegetus evadas in Christo: hanc regulam diligēter amplexus: ne velis cum immundis animalibus huius reptare: sed semp alis illis nitēs: quas Plato putat in animis amoris calore elictas de novo pululascere: a corpore ad spiritū: a mūdo visibili ad invisibile: a littera ad mysteria: a sensibilibus ad intelligibilia: a compositis ad simplicia temetipsum quasi gradibus quibusdam scalę Jacob erige. Ita ad se propinquat: vicissim appropinquabit dñs: & si tu pro viribus de tua caligine sensuumque strepitu conaberis assurgere: occurret ille com mode: luce sua inaccessiblei: & silentio incogitabili: in quo non sensuum tantum omnis tumultus: sed & intelligibiliū omnium imagines conticescunt.

Canon sextus

Quonia ex tempore scribēti aliud ex alio in mentē venit: subterz: & sextam regulā superioribus quodāmodo cognatā: tam necessariā ad salutē uniuersis: quę a paucis curę habitā. Ea est vt animus ad Christū anhelatis a vulgi tū factis tū opinionibus quę maxime dissentiat: nec aliūde quę ab vno Christo pietatis exemplū petatur. Hoc est enī vnicū archery pū: vnde quisquis vel vnguē discesserit: a recto discedit: atque extra viā currit. proinde Plato grauius profecto: vt pleraque: in politia sua: negat eū virtutē cōstāter tueri posse: qui de turpi atque honesto nullis certis opinionibus mētē imbuerit. at quāto perniciosius est falsas opiniōes de ys quę ad salutē pertinet: aīo penitus insidere: quare hoc vel in primis curādū putat: vt custodes illi: quos oportet oī turpitudine vacare: quę optimas opinionones de fugiēdis atque expetendis: easque quę certissimas: tanquę leges quasdā sanctissimas animo inculpat suo. Quicquid enim persuasione penitus inbesit animo: id quisque moribus exprimit. Eoque precipua Christianorum cura huc intendi deberet: vt pueri iam inde ab incunabulis: in ter ipsas blandicias nutricum: & parentum oscula: inter literatorum manus: persuasiones imbibant Christo dignas: propterea quod

nihil vel altius insidit animo vt beret tenatius/ q̄ quod rudibus
(vt inquit Fabius) annis inditur. Procul procul ab auriculis in
fantilibus amatozic cantuiculis: quas domi forisq; cantillant. L bri
stani/spurciores/ q̄ vnq; etbnicorum vulgus receperit. Non au-
diant accepta lactura rei/materculam euilantem/ nō amissa foro
re se miseram ac destitutam elamitantem. Non audiant patrem
ignauiam opprobzantem ei/ qui iniuriā non cum senozē rettulit/
non admirantem eos qui rem quocunq; modo fecerunt amplissi-
mam. Ingenium hominis ad vicia proclius/perniciosum exem-
plū statim arripit: nō aliter q̄ ignem vicinū naphtha. Quanc̄s idēz
hoc nulla nō etate agēdum/ vt omnes vulgi errores/ ab ipsis vsq;
radicibus ex aio reuellantur: atq; in eorum locum salutare opi-
niones inferātur/ adeoq; roborentur: vt nullis rebus queant con-
uelli. Quod qui fecerit: is nullo negotio virtutem sua sponte se-
quetur/ r̄ fecus agentes miseratione/ nō imitatione dignos iudi-
cabit. Huc enim pertinet illud a Socrate non absurde dictū: q̄q;
ab Aristotele reprobēsum/ virtutem nihil aliud esse q̄ scientiam;
fugiendū: atq; erpetendū. Non quod non viderit disci-
plinē inter cognitionem honesti atq; amozem/ sed quemadmodū
Demosthenes pronuntiationem primum/ secundū ac tertium in
eloquentia respondit esse: videlicet adeo precipuam partem signi-
ficans: vt in ea totam esse diceret: idēz Socrates agens cū Pro-
tagora/ argumentis euincit: tātum in omni virtute momentū sciē-
tiam adferret/ vt peccata non aliūde proficiatū/ q̄ a falsis opini-
onibus. Etenim r̄ qui Lbristum amat/ r̄ qui voluptatem/ pecuniā/
bonozem falsum amat/ nimirū vtriq; dulce: bonū. ac pulchrū se-
quūtur. at h̄ labūtur inscitia: pro dulci amplectētes quod est acer-
bissimū/ pro acerbo fugiētes/ quod est dulcissimū/ item pro bono
ac lucro sequētes: quod merū est detrimētum/ pro damno timētes
quod vnicū est lucrū/ id pulchrū iudicātes/ quod est sedum/ id pu-
dendū opinātes/ quod solum est gloriozum. porro si cui penitus
persuasum sit/ ac iam veluti cibus in animi substantiā sit traiectū:
solaz virtutem/ optimam esse dulcissimā pulcherrimam/ honesti-
simam/ vtilissimam/ cōtra turpitudinem/ vnicum esse malum/ cru-
clatū/ sedū/ erubescendū/ dānosum/ atq; hęc nō potest/ vt ea cōstāte persua-
sionē diu in malis hereat. pessimus enī iam olim tūz viuēdi/ tum
sentiēdi auroz: vulgus est: Necq; vnq; ita bene actuz est cū rebus
humanis: vt nō pessima placuerit plurimis. L auē sic cogites. hoc
nemo nō facit. Die vestigys maiores mei sunt ingressi. Hac i sen-
tētia est ille tātus ph̄: tātus theologus. sic viuūt a magnatib⁹. B re

gnum est institutum. Hoc et episcopi et pontifices summi faciunt
Dy profecto vulgus non sunt. Nihil te moueant ingenia nomina
Ego vulgum non loco sed pectore metior. Vulgus sunt quicunque in
specu illo Platónico vincti suis affectibus inanes rerum imagi-
nes pro verisimilibus rebus admirantur. Nonne prepostere faciatis
quibus non lapidem regulæ sed regulam lapidi conetur applicare?
Nonne multo absurdius si quis non hominum mores ad Christum
sed Christum ad hominum vitam labores inflecteret? Non ideo
rectus putatur quia primores quia maxima pars hominum facit
sed ita demum rectum est quod fit si quadrat ad regulam Christi
Imo hoc ipso tibi suspectum quid esse oportet quod plurimis pla-
cet. Pusillus grex est: et erit semper cui cordi est Christiana simpli-
citas/paupertas/veritas. Pusillus est sed beatus quippe cui soli
debetur regnum celorum. Arcta est via virtutum/ et a paucis
calcata: sed non illa ducit ad vitam. Pudent edificator vtrum
tandem ab vltimissimo an ab optimo opere petit exemplum. Pi-
ctores non nisi optimas tabulas sibi proponunt. Exemplum nostrum
Christus est in quo omnes infunt beate viuendi rationes. Hunc
sine exceptione licebit imitari. Ceterum in probatis viris: etatenus
vnumquodque in exemplum vocare conueniet quatenus responde-
bit cum archetypo Christi. De vulgo autem Christianorum sic ex-
istima nullum vnquam fuisse corruptius/ne apud ethnicos quidem: quibus
ad opiniones de moribus attinet. Ceterum de fide quid sentiant
viderint ipsi. Hoc certe indubitatum est fidem sine moribus
fide dignis/ adeo nihil inuare: vt etiam in cumulum cedat dam-
nationis. Euolue veterum annales/ et cõser horum temporum mo-
res. Quando vera probitas despectior: quando sic in precio habitus
dinitie vndeque parte? Quo vnquam seculo verius illud Doctianam
Scilicet proxem cum dote: fidemque et amicos. Et genus et formam
regina pecunia donat: Et illud eiusdem. Nam genus et virtus ni-
si cum re vilior alga est. Quis iam non serio legit ironiam illam
satyricam? O ciues: ciues: querenda pecunia primum. Virtus post
numeros. Quando luxuriosior: Quando stupra/adulteria/vel la-
tius patuerunt vel impunitiora fuerunt: vel minus in probro: dum in
alijs/suis vicys indulgent principes/ et quisque speciosum factu du-
cit: quicquid in aulicorum mores abijt. Cui non extremum malum
ac probum videtur pauperies: Olim in scortatores/in sordidos/
in gloriosos/ in admiratores pecunie/ etiam de plaustris famosa
scommata faciebantur: in spectaculis gentiliu scite notatis vicys
applaudabatur a vulgo: quibus nunc a Christianorum proceribus
male laudatis applauditur. Non tulerunt theatra Atheniensium

bitionem e tragedia quaptam Erupidis saltantem verba confu-
 dam auari: vna pecuniam reliquis humane vite commodis pre-
 ferentis: ac plane futurum erat vt actorem cum tota fabula explo-
 derent: eucerentq; ni mox assurgens poeta: paulisper etiam ma-
 nere iussisset: ac spectare: quorsuz admirator ille auri esset euasus-
 rus. Quam multa sunt apud illos exempla eorum qui e bene ad-
 ministrata republica preter honestam opinionez nihil in tenuem
 familiam retrulerunt: qui fidem pecunia: qui pudicitiaz vita po-
 tiorer babuerunt: Qui neq; prosperis rebus insolescere: neq; ad-
 uersis frangi potuerunt: Qui honesta pericula voluptatibus ante-
 posuerunt: Qui sola conscientia recti contenti/ neq; honores: neq;
 opes: neq; reliqua fortunę commoda desyderabant: Et vt ne cō-
 memorem Photionis sanctitatez. Sabuz diuitis potiorer pau-
 pertatem. Lamilli magnanimitatem. Brutī feneritatem. Pytha-
 goze pudicitiam Socratis inerpugnabilem cōtinentiā. Latonis
 integritatem: ac mille pulcherrima omniū virtutum decora: que
 passim in Lacedemoniorum: in Persarum/ in Atheniensium: in
 Romanorum annalibus legūtur magno quidem nostro pudore:
 diuus Aurelius Augustinus vt ipse de seipso in cōmentarijs cō-
 fessionū suarum testatur/ iam multo p̄ntiq; Christū indueret. con-
 temperat pecuniam/ pro nihilo habebat honores/ gloria nō com-
 mouebatur: voluptatibus aut vsq; adeo frena negarat: vt homo
 adolescēs: vna muliercula cōtentus esset: cui t cōiugy fidē serua-
 bat. Vos aios/ hec exēpla: inter aulicos/ inter ecclesiasticos: addā:
 z inter monachos nō temere quis inuenerit. Aut si q̄ huiusmodi
 extiterit: nō illico velut asinus inter simias ostentū ac risū erit: de-
 lirus/ ebes/ hypocrita: rerū imperitus/ melancolicus: amēs omniū
 vna voce dicetur: ac ne homo qdē iudicabitur. sic Christiani Chri-
 sti doctrinā veneramur/ sic exprimimus: vt nihil vecordius: nihil
 abiectius: nihil magis pudendū iaz vulgo habeatur: q̄ vere ac to-
 to pectore esse Christianum. Quasi aut Christus frustra versatus
 sit i terra: aut aliū sit nūc q̄ olim: Christianismus: aut nō ex equo
 p̄tineat ad oēs. Ab his igitur volo te toto aīo dissentire: z rerum
 oīm preclā: vnius Christi cōmunionē metiri. Quis vulgo nō pre-
 clarū autumat: atq; iter precipua bona ponēdū/ claris maioribus
 prognatū esse: id quod nobilitatē nomināt. Nihil te moueat: qui
 audis huius seculi pudētes viros graes: summaq; auctoritate
 p̄ditos admodū serio de stēmatuz gradibus/ adductis supcilys/
 tāq; de re vehemēter ardua differētes z magno conatu magnas
 nugas effutiētes/ quū vides alios sic auoz atq; atauoz imaginib⁹
 tumētes/ vt reliquos p̄ se vix boles esse indicēt. sed boz errorez

De vera
 nobilitate

Demotricio rita prosequens: id quod res est reputa, vnicū ac sum-
 mam esse nobilitatem: in *L. b. i. s. t. o* renatū esse: illius instū esse cor-
 porū vnum corpus: et vni spiritū fieri cum deo. Sint alij regū filij
 tibi maximū sit quod et es et diceris fili? dei illi sibi placeat: quod
 in oculis precipium versentur: tu elige cū *David* abiectus esse in do-
 mo dei. Attende quos elegerit *L. b. i. s. t. o* in infimos / stultos / ignobi-
 les secundum mundum. In *Adam* oēs ignobiles nascimur: in *L. b. i. s. t. o*
 oēs vnum sumus. Vera nobilitas est in anīmā contemnere no-
 bilitatem. Vera nobilitas est seruum esse *L. b. i. s. t. o*. Vos tibi maio-
 res esse putatis: quoniam virtutes emularis. Audi quid in euangelio
 dixerit optimus orator nobilitatis ad *Iudeos*: qui se iactabant
 de genere *Abrahe*. Quali vero *Abrahe*. Non tantum
 illustri: nō solū opulento: nō modo victore regum: sed ob diuinas
 virtutes diuinis ornato precorū: Quis istud nō insigne: nō glo-
 ria dignum existimet? Audi quid audierit. Vos ex patre diabolo
 estis. Et opera patris vestris facitis. In tibi *Paulus* et ipse ad ma-
 gistri regulam generositatem estimans. Non enī (inquit) omnes
 qui ex circūcisione sunt *Israel*: sicut sunt *Israelitę*: nec qui secūdu-
 m semen sunt *Abrahe*: omnes filij. Pudeat ignobilitas seruire tur-
 pitudini: cum *L. b. i. s. t. o* nullam habere cognationem: qui nō agnos-
 cit: nisi qui faciūt voluntatem patris sui qui in celis est *Iurpiter* spi-
 ritus est: qui patrem habet diabolum: habet autem: qui illius ope-
 ra facit: nisi mentitus est *L. b. i. s. t. o*: sed non nouit mentiri veritas.
 Suprema generositas est: et filium: et heredes esse occisū fratrem an-
 tem et coheredem esse *L. b. i. s. t. o*. Illozum insignia Quid sibi velint:
 ipsi viderint *L. b. i. s. t. o* christianorum insignia sunt communia quidem
 omnibus. sed tamen illustrissima: crux: corona spinea: clauis: lan-
 cea: stigmata domini: que *Paulus* in corpore suo se gestare glo-
 riaratur. De nobilitate itaq; vides quanto alia te sentire velim *Q.*
 vulgus opinatur. Eum vero qui plurimum auri domi congegit:
 quis non vulgo beatum diuitem ac felicem vocat? Tu sat beatus
 imo solum beatum iudica: qui *L. b. i. s. t. o* / qui summum bonum
 possidet. Qui preciosam illam margaritam bonę mentis vel rerū
 omnium: vel corporis etiam dispēdio mercatus est. Qui thesaurum
 inuenit sapię: cunctis opibus preciosioris. Qui a *L. b. i. s. t. o* vitissimo
 aurum emit ignitū: probatū: et locuples fiat. Quid igitur sunt ista
 que multitudo miratur aurum: gemmę: pēdia: falso nomine de-
 mitte: vero spicę: que semen diuini verbi infocant: iuxta parabola
 euangelicam: sarcinę sunt: quibus onusti nec possunt per arctam
 viam *L. b. i. s. t. o* nudum sequi: nec per ostium humile intrare in
 regnum celorum. Ne pilo quidem temetipsum meliorem puta: si

Here d
 uide

vel *Didas* vel *Cryfos* opibus vincas sed alligatorem: impedi-
 tionem: onustionem. Abunde sat habet qui ista fortiter potest con-
 temnere. Satis prospectum est ei: cui nihil defuturum promisit
Christus. Non esuriat: cui sapit *marina* verbi *divini*. Non erit nu-
 dius: qui *Christum* induit. Hoc solum damnum existima/quoties
 aliquid de pietate decessit: vicys accreuit. Ingens lucrum puta:
 quum mens accessione virtutis facta est melior. Nihil tibi deesse
 puta: si eum possides: in quo sunt omnia. Quid autem hoc est/
 quod miseri voluptatem nominant? Profecto nihil mirius: quã
 quod dicitur. Quid igitur? *Mera* infania est: et plane/ quod *Greci*
 dicere solent. *Aiacis* risus: dulce venenum/ blanda pernicies. *Ve*
ra et unica voluptas/ gaudium est pure conscientie. Lautissime es
 pale sunt studium sanctorum scripturarum/ iucundissime canti-
 lenę. psalmis/ spiritus sancti/ festiuissima societas/ communio sanc-
 torum omnium. Summe delicia: fructio veri. Tu modo purga o-
 culos: purga aures: purga palatum/ et incipiet tibi dulcescere *Libi*
 stus. Quo vere gustato: etiam si *Miletis*/ *Sybarite*/ *Azoti*/ *Epice*
rei: breuiter vniuersi voluptatum architecti: omnes suas illeces-
 bras in vnum conferant: pæ vno illo nausea videbuntur. Non
 id protinus dulce est quod sapitis/ sed quod sano sapit. Si febricien-
 ti aqua vinum sapit/ nemo istud voluptatem nominat: sed mor-
 bum. Erras/ si non credis pgs hominibus longe iucundiores ef-
 fes suas lacrymas: q̄ impus/ risus/ cachinnos/ iocosq; suos. Nō
 his dulcius esse ieiunium/ q̄ illis attagines: pbafides aues/ pcr-
 dices: acipenseris/ aut *Rombos* suos. Notum frugales men-
 sulas bolusculis et leguminibus *Pythagoricis* instructas/ non
 longe lautiores esse/ q̄ istorum sumptuosa fastidia. Deniq; vera
 voluptas est. Amore *Christi*/ falsa delicias non sollicitari. Jam
 amoris et odij vocabulis/ vide q̄ mundus abutatur. Quum ad-
 olescens infans puellam deperit: id vulgus amorem appellat:
 quum nullum verius sit odium. Verus amor vel suo dispendio
 commodis alienis consulere cupit. Ille quo nisi ad suam volu-
 ptatem spectat: igitur non illam/ sed semetipsum amat/ quam-
 q̄ ne se quidem amat. Nemo enim alium amare potest nisi se
 prius amarit/ sed recte. Nemo quemquam odisse potest: nisi se pri-
 us oderit. Verum bene amare/ nonnunquam bene odisse est: et re-
 cte odisse. amasse est. Ergo qui ob tantillum commodum/ vt pu-
 tat) suum puelle blandicys/ muneribus/ tendit insidias: vt illi
 quod habet optimum cripiat: integritatem/ pudorem/ simpli-
 citatem/ bonam mentem/ famam/ vtrum hic odisse an amare ti-
 bi videtur? Profecto nullum hoc odio/ odium atrocius. Quom-

Vera vo-
 luptas.

Verus a-
 mor quis.

f. iij.

inepti parentes liberorum vicijs indulgent/vulgo alunt/que tenere
 by suos amat filios: Imo que crudeliter oderunt: qui dum suis mo
 rem gerunt affectibus liberorum salutem habent neglectui. Quid
 aliud nobis peccatur/hostis invidiosissimus diabolus/que vt hic im
 pune peccantes in eternum incurramus supplicium: Lenem magi
 strum/et misericordem principem vocat/quia sceleribus quibusdam
 vel conuiuet/vel etiam fauet/vt hoc peccent licentius/quo impu
 nitius. At quid aliud minatur per prophetam dominus ys/ quos sua mi
 sericordia putat indignos: Et non visitabo inquit super filias vestras
 quando fornicantur/et super nurus vestras/ quando adulterantur.
 Dauid vero quid promisit: Visitabo inquit in virga iniquitates
 eorum/et in verberibus peccata eorum. misericordiam autem me
 am non dispergam ab eis. Vides vt in Christo nouentur omnia/et
 rerum vocabula permutentur. Qui seipsum male amat/et capita
 liter odit. Qui in se male misericors est/et crudelissime sequit. Be
 ne curare/negligere est. Bene ledere/prodesse est. Bene perdere/
 seruare est. ipse tibi cure eris: si carnis desideria contempseris. Si
 bene sequeris in vicia/boiem beneficio iuuabis. Si peccatorem oc
 cideris/hominem seruaueris. Si perdidideris quod fecit homo/re
 stitueris quod fecit deus. **Vera po** **tenia.** **Age** vero iam potentiam et imbecillitates
 fortitudinem et ignauitatem quid esse putet error popularis: Nonne
 potentem nominant eum/qui quem velit facile queat ledere: Quod
 odiosa nimium potentia est/nocere posse/id quod est istis/cum char
 taridibus et scorpijs/atque ipso adeo dyabolo commune/videlicet
 dare malum. Solus deus vere potens est/qui nocere/nec potest/et
 velit. nec vult si possit/quippe cuius natura est benefacere. Sed po
 tens iste quod tandem ledet boiem: Eripiet pecuniam/pulsabit cor
 pus/adimet vitam: Si pio homini id facit/beneficium pro male
 ficio dedit/ sine improbo/ hic occasionem quidem ad iniuriam
 sed ille ipse sibi nocuit. Nemo enim nisi a seipso leditur. Nemo ali
 um parat ledere nisi longe grauius ipse sese ledat prius. Damnum
 pecunie tibi dare paras/ iam tu charitate amissa damnum gra
 uissimum tibi ipse dedisti. Non potes tibi vulnus infligere/quin
 ipse prius vulnus multo atrocius acceperis. Non adimes tibi vi
 tam corporis/nisi tute tibi prius aiam iugularis. At Paulus ad in
 ferendam iniuriam imbecillis/ad ferendam validissimus/nonne
 gloriatur sese in Christo posse omnia: Fortem et animosum vulgo no
 minant eum/ qui ferax et impotentis animi ad quantum leuem in
 iuriam efferuescit iracundia/et conuictum conuictio/ maleficium malefi
 cio retaliat. Contra qui acceptam iniuriam misistat ac dissimu
 lat/bunc ignatum/puillanimum/in strenuum appellitant. Imo

Vera po
tenia.

Vera for
titudo.

quid aliena a magnitudine animi/ & verbulo dimoneri a statu
 mentis/ & adeo alienam stulticia non posse contemneri/ vt boni
 nem te non putes esse/ nisi maleficium maleficio superaris. At
 quanto fortius/ animo excelso & amplo nullam iniuriam no posse
 negligere/ insuper & pro maleficio beneficium reddere. Non ego
 fortem dixerim qui in hostem audeat/ qui menia superet/ qui vi-
 ta contempta omnibus periculis obuiat caput/ id quod est pene
 gladiatoribus omnibus commune/ at animus qui possit vincere.
 qui ex animo bene velle male volentibus/ bene mereri de male
 merentibus/ bene precari/ male precantibus/ huic deniq; debetur
 cognomen fortis atq; magnanimi. Executiamus & illud/ quid mi-
 dus gloriā/ ignominia ac pudorem nominet. Laudaris ob qd;
 & a quibus? Si ob turpia/ & a turpibus/ ista vero falsa est gloria.
 & vera ignominia. Vituperaris/ rideris/ qua gratia/ & a quibus?
 Ob pietatem/ ob innocentiam/ vtiq; a malis/ non ista est ignomi-
 nia/ sed nulla verior gloria. Esto sane/ vel vniuersus mundus ex-
 plodat/ exhibilet/ non potest non esse gloriosum/ quod approbat
 Christus. Et si quicquid est mortalium/ applaudit atq; acclamat
 euge euge. non potest non esse pudendum/ quod deo displicet. Pun-
 dentiam vulgo vocant/ rem parare strenue/ partam probe con-
 stabili/ & porro in posterum prospicere. Sic enim passim & serio
 loquentes audimus frugi homo est/ catus/ cordatus/ consultus/
 prouidus/ de is qui breui rem faciunt lautiozem. Hoc mundus
 qui & mendax est ipse/ & pater eius. At quid dicit veritas? Sulte
 inquit/ hac nocte repetent a te animam tuam. Expleuerat horrea
 messibus/ instruxerat com meatu omnes apothecas/ abunde mul-
 tum pecunie domi condiderat/ nihil restare putabat/ non quod se
 re faciunt/ vt congestis opibus inops custos incubaret/ quemad-
 modum diaconem vellus aureum seruasse poetę fabulantur/ sed
 vti partis frueretur/ & tamen hunc stultum appellat euangelium.
 Quid enim stultius/ quid vecordius/ q̄ vmbra inbiantem/ res ve-
 ras amittere/ id quod solemus in cane illo Esopico ridere. Et in
 Christianorum moribus non magis ridendum est/ vel flendum
 potius? Incallidus mercator habeatur/ quem Lomicum illud su-
 gerit/ pecuniam in loco negligere/ maximum interdum est lucrū/
 qui presens lucellam admittat/ quod non ignoret ingens dispen-
 diam consecuturum. Quanto inconsultius/ huic vmbraicę vite
 omnibus bonis nutati tanta sollicitudine prospicere/ quod tamē
 fuerat suppeditandum a deo/ & in futuram vitam nihil consulere
 quam semper calamitosissimam exigamus oportet/ nisi fuerit in
 genti cura prospectum. Alium errorem accipe. Sollertem & rerū

Vera glo-
ria.

Vera pau-
dencia.

peritum vocent: qui rumusculos omnes captans/mouit toto quid
fiat in orbe. Que fortuna mercatum/quid Britannorum tyran-
nus molatur/quid nouatum Rome/quid otum in Gallis: quo
modo Daci videntur & Scythæ. Quid consultant principes. Dæ-
niter qui omni de negotio apud omne genus hominum garrere
calleet: cum situm sapere. Quid autem incogitandus: quid inciti-
us: que procul sunt ead te nihil attinentes vestigare: que vero
in illo pectore gerantur: vel sola ad te pertinent/ de his ne cogi-
tare quidem. Narras mihi castitatem Britannicos/narra magis
quid in tuo pectore tumultuans: ira/inuidia/libidos/ambitio. Et
prope iam iste sub inguis natus est. Quæ spes victoriæ. Quæ ab-
li pars profligari. Quam inuictor ratio. In his si vigilans si qui-
tus pariter & oculatus: si sagax si circumspectus fueris: solertem te
pronuntiabo. Atque illud quod in hoc mundus solet facere: in ipse
sum retorquebo. Neque est vestis qui sibi nihil facit. Sed hunc mo-
dum si omnes mortalium cupis gaudia/spem/mecum studia/semé-
tias exasperis: intuenies plena erroris ornata. Dum bonum dicit
malum/ & malum bonum/ omnes dulas faciunt amaram/ amaram
dulce/ aciem faciunt tenebras/ & tenebras lucem. Et ego quidem bo-
nitatem multo maxima turba est. Verum in peccatis simul & cõ-
tinnere me similibus illorum esse velle/ & miserere/ ut eos tantis
miles fieri cupias: atque ut Augustini verbis videri: ut uisere con-
uenit irridendos etiam irridere floridos. Non in malis conformis
si hinc scolo sed reformare in bonitate sensus qui per probes/ nõ
que mirentur homines/ sed que sit voluntas ad bona/ & bene pla-
cens/ & perfecta. Periculo proximus es/ planeq; laborans/ si circum-
spectare ceperis/ quid agat pleriq; si captare/ quid sentiant. Tu vis-
te ac lucis filius: sepeliant sine macula mortuos suos/ ceci ceterorum
duces simul in foueam abeat. Eane quocumq; ab exemplari tuo Libi-
no cordis oculos dimoueat. Non errabit veritatis ductu sequens
Non impinges in tenebris/ post lamen ambulans. Hoc preluce-
te. si sicata bona ueris/ si vera mala a falso secreueris/ boerebis
non imitaberis cecitatem multitudinis/ ac inanissima rerum lu-
dibria/ vicibus quibusdam affectionum/ in gremio/ in odio/ ody
spei/ metus/ gaudij/ doloris/ quouis Euripo in quietius estuantis.
Bragmanis/ Lynici/ Stoici/ mordicus sua dogmata tueri solent/
& reclamante mundo explodentibus/ et ibulantibus omnibus: ta-
men videntur pertinaces/ quod sibi semel peribserunt. Aude & tu
secte me detraha penitus in animo figere/ aude securus ac totus
in authoritate tui sententiam pedibus discedere.

Opiniones Christiano digne

Hec semper apud te consent veri Christianissimi paradoxa. Uti ne quis Christianus/se sibi natum esse putet/ neque sibi velit vivere. Sed quicquid habet/ aut est/ id omne non sibi tribuat/ sed deo auctori ferat acceptum/ omnia sua bona omnibus existimet esse communia. Proprietatem Christianiana charitas non nouit. Pios amet in Christo/ impios propter Christum: qui nos adhuc inimicos sic dilexit/ prior/ ut se totum nobis redimendis impenderit. Illos complectatur/ quod boni sunt/ hos nihilominus/ ut bonos reddat. Neminem proxius hominem oderit/ non utique magis/ quam fidelis medicus odit egrotum/ vicis tantum sit inimicus. Quo grauior est morbus/ eo maiorem curam adhibebit pura charitas. Adulter est/ sacrilegus est. Turca est/ execretur adulterium non hominem sacrilegum aspernetur/ non hominem. Turcam occidat non hominem. Det operam: ut impius pereat/ quem ipse se fecit/ sed ut seruetur homo/ quem fecit deus. Omnibus ex animo bene velit/ bene precetur/ beneficiat. Neque noceat commertis/ et profit immerentibus. Omnium commodis perinde ut suis aggratuletur. Omnium incommodis: non secus quam suis indoleat. Nimirum hoc est quod iubet apostolus: flere cum flentibus/ gaudere cum gaudentibus. Immo grauius alienum malum ferat quam suum. De fraterno bono letior sit quam de proprio. Non est Christiani sic cogitare. Quid mihi rei cum isto: Albus aetherie sit nescio/ ignotus est/ alienus est/ nihil inquam bene de me meritis est. Leuit aliquando/ nunquam profuit. Nihil horum: tantum memineris/ quo merito tibi/ que prestiterit Christus: qui suam in te beneficentiam/ non se/ sed in proximo voluit retaliari. Tantum vide: quibus egeat ille/ et quid tu possis. Tantum hoc cogita confrater est in domino/ coheres in Christo/ eiusdem corporis membra/ eodem redemptus sanguine/ fidei communis socius: ad eandem gratiam et felicitatem future vite vocatus. Quemadmodum dixit Apostolus. Unum corpus/ et vnus spiritus/ sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre/ vnus dominus. et vna fides. Unum baptismus/ vnus deus/ et pater omnium: qui super omnes/ et per omnia/ et in omnibus nobis. Alienus esse qui potest/ qui cum tibi tam multiplex intercedit unitatis copula. Apud gentiles momenti omnibus adferant/ vel ad beneuolentiam/ vel ad maleuolentiam ille rhetorum circumstantie. Conciuis est/ affinis est/ cognatus est: aut contra. Familiaris/ amicus paternus/ bene meritus/ gratus: honesto loco natus/ opulentus/ aut secus. In Christo aut nihil sunt aut iuxta Paulum/ vnum et idem sunt hec omnia. Hoc vnum tibi

obuerfetur ob oculos: & fatis fit. Caro mea eſt: cōfrater eſt in Chriſto. Quod in membrum cōfertur: nonne in vniuerſum corpus redūdet: atq; inde in caput: Omnes ſumus inuicem membra. Membra coherentia: cōſtituūt corpus. Corporis caput Jeſus Chriſtus. Chriſti caput deus. Tibi fit/ ſingulis fit. Chriſto fit: deo fit/ quicquid vni cuiſlibet membro fit ſeu bene: ſeu male. Nec omnia vnū ſunt Deus/ Chriſtus/ corpus/ & membra. Non recte inter Chriſtianos locū habet illud. Pares cum paribus: & illud Diſſimilitudo mater ody. Quorū ſum enim diſſenſionum vocabula: vbi tanta eſt vnitās: Non ſapit Chriſtianīſmum: quod vulgo aulicus oppidano: ruſticus vrbano: patricius plebeio: magiſtratus pauato/ diues pauperi: clarus obſcuro/ potens imbecilli: Italus Germano/ Gallus Britanno: Britanus Scoto: Grammaticus Theologo: Grammatico Dialecticus: Jurisperito medicus. Doctus idiote. Eloquens inſacundo. Celebs marito. Iuuenis ſeni: clericus prophanus. Sacerdos monacho. Minor Colecte. Carmelita Jacobite/ & ne omnia diſcrimina referam: nugatoria in re diſſimilis diſſimili eſt iniquior. Ubi charitās: que & hoſtem diligit quando cognomen cōmutatum: quando color veſtis nonnihil diuerſus: quando cingulus/ aut calceus: & ſimilia deliramenta hominum me tibi faciunt inaiſum: Qui potius pueriles iſtas nugas mittimus: & illud quod ad rem pertinet pze oculis habere conſueſcimus: quod multis locis inculcat Paulus: omnes nos in Chriſto capite vnus eſſe corporis membra: eodem animata ſpiritu/ ſi tamen in illo viuimus: vt neq; felicioribus mēbris inuideamus: & imbecillioribus libenter ſubueniamus. Ut intelligamus nos ipſos accepſiſſe beneficiū cum beneficium preſtitimus proximo: ne leſos: quum nocitum eſt fratri. Neq; quiſq; proprie ſibi ſtudeat/ ſed pro ſua virili quiſq; qd accepit a deo/ in commune conferat: vt illo reſtiant omnia: vnde fluxerunt: puta capite. Hoc videlicet eſt: quod Paulus ſcribit Corinthiſ. Sicut enim inquiring corpus vnum eſt: & membra habet multa. Omnia autem membra corporis quum ſint multa/ vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos/ in vnum corpus baptizati ſumus: ſiue Iudei: ſiue gentiles/ ſiue ſerui/ ſiue liberi/ & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus/ non eſt vnum membrum: ſed multa. Si dixerit pes/ quoniam non ſum manus/ non ſum de corpore/ num ideo non eſt de corpore: Et ſi dixerit auris quoniam non ſum oculus/ non ſum de corpore/ num ideo non eſt de corpore: Si totum corpus oculus/ vbi auditus: Si totum auditus: vbi odoratus: Nūc autem poſuit deus membra/ vnumquodq; eorū in corpore/ ſicut voluit. Quod ſi

essent omnia vnum membrum/vbi corpus: Nunc autem multa
quidem membra: vnum autem corpus. Nō potest autem oculus
dicere manui/ opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus:
nō estis mihi necessary. Sed multo magis quę videtur membra
corporis infirmiora esse: necessariora sunt. Et quę putamus igno-
biliora esse membra corporis/ his honorem abundantiorē cir-
cūdamus. Et quę inhonesta sunt nostra/ abundantiorē bonestatiē
habent. Honesta autem vestra nullius egent. Sed deus tempera-
uit corpus: ei cui deerat abundantiorē tribuendo honorem: vt nō
sit scisma in corpore: sed in id ipsum pro inuicē sollicita sint mem-
bra. Vos autem estis corpus Christi/ & membra de membro. Lon-
similia scribit Romanis. sicut enim inquit in vno corpore multa
membra habemus: oia autem membra nō eūdem actum habent
ita multi vnum corpus sumus in Christo/ singuli autem alter alte-
rius membra/ habētes donationes secundum gratias quę data est
nobis differētes. Rursum ad Ephesios. Veritatem autem inquit
faciētes in charitate crescimus in illo per oia: qui est caput Chri-
stus. ex quo totum corpus compactum & connectum/ per omnem
functuram submissiuationis: secundum operationem in mensu-
ram vniuscuiusq; membra: augmentum corporis facit: in edifica-
tionem sui in charitate. Et alibi iubet inuicem alios aliorum one-
ra gestare: quoniam sumus inuicem membra. Uide igitur: num
ad hoc corpus pertineant: quos passim audis ad hūc modum lo-
quentes. *Dea res mihi hereditate obuenit: iure nō fraude possi-
deo. Quir ea nō meo arbitrato vtar: atq; abutar: Quir vs dem
inde qbus nihil debeo: Profundo/perdo. Deum est/ quod perit
aliorum nihil interest. Membrum tuum ringitur inedia: & tu ruc-
tas perdicum carnes. Grater nudus bozet: tibi tātum vestium ti-
neis & carie viciatur. Tibi mille aureos vnius noctis alea perdis-
dit/ dum interim misera quępiam puella/ adigēte egestate pudici-
tiam suam prostituit/ & perit anima: pro qua Christus impedit ani-
mam suam. Tu dicis quid mea: Quod inenit est pro meo arbitrio
tracto. Et postea isto cum animo tibi videris Christianus/ qui ne
homo quidem sis: Audis in cętu multoz ledi famam huius atq;
illius/ tu taces: aut forte arrides obtrectanti. Confutassem inquis
si quid ad me pertinuissent quę dicebantur. At nihil mihi euz illo
qui ledebatur. Ergo nihil tibi cum corpore: si nihil cum membro.
ne cum capite quidem aliquid/ si nihil cum corpore. Vtm vi inquit
unt ius est repellere/ nihil moroz/ quid leges imperatorię permit-
tant. hoc demiroz vnde iste voces in mores Christianozum perue-
nerūt. Nocui/ sed lacessitus. malui dare maluzq; in me admittere.*

Esse non puniunt leges humanæ quod indifferunt. Et quid fac-
turnus est Christus imperator tuus/ si suæ legi fraudem feceris: quæ
erit apud Mattheum/ Ego autem dico vobis nõ resistere malos:
sed si quis te percusserit in dextram maxillã tuam: prebe illi ⁊ al-
teram/ ⁊ ei qui vult tecum in iudicio cõdendere/ ⁊ tunicã tuam tol-
lere: dimitte ei ⁊ palliũ. Et quicumq; te angariauerit mille passus:
vade cum illo ⁊ alia duo. Diligite inimicos vestros. Et benefa-
cite his qui oderunt vos/ ⁊ orate pro persecuentibus ⁊ calumniã-
tibus vos/ vt sitis filij patris vestri qui in cælis est qui solem suũ
oriri facit super bonos ⁊ malos ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Res-
ponde: nõ mihi ista dixit. Dixit apostolis/ dixit perfectis. Nonne
audisti/ vt filij patris vestri sitis: Si filij dei nõ cupis esse: nihil ad
te pertinet lex. q̄q̄ ne bonus quidem est. qui perfectus esse nolit.
Accipe ⁊ illud si mercedem nõ desyderas/ nihil ad te mandatum
sequitur eni/ si enim diligitis eos: qui vos diligunt: quam merces-
dem habebitis: quasi dicat nullas. Neq; enim istud facere virtus
est: sed nõ facere scelus est. Neutri debetur quicq;: quum par rela-
tum est pari. Simili Paulus magnũ Christianarũ legum/ ⁊ consul-
tum/ ⁊ interpretem. Benedicite persecuentibus vos. benedicite ⁊
nolite maledicere. Nulli malum pro malo reddetes. Si fieri po-
test/ quod ex vobis est/ cũ omnibus hominibus pacem habentes/
nõ vosmetipfos defendentes charissimi: sed date locum iræ. Scri-
ptũ est enim/ mihi vindictam/ ⁊ ego tribuas: dicit dominus. Sed
si esurierit inimicus tuus: ciba illum. si sitit/ potum da illi. Hoc
enim faciens/ carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vin-
ci a malo: sed vince in bono malum. Quid igitur futurum est in-
quis: si proacritatem alienam mea lenitate alucro/ ⁊ veterem fe-
rendo iniuriam inuitaro nouam. Si potes malum sine tuo malo
vel effugere/ vel depellere/ nemo te vetat facere/ sin minus caue di-
xeris: facere satius est q̄ pati. Si potes/ emenda. vel beneficijs ob-
ruens vel mansuetudine vincens. Sin aliter: prestat alterum peri-
re/ q̄ vtrunq;: prestat te patientiæ lucro ditescere/ q̄ mutua talione
mali/ malos ambos fieri. Ergo Christianũ decretũ sit/ cum oibus
amore/ mansuetudine/ beneficio/ certare/ contentione/ odio/ obtre-
ctatione/ contumelia/ iniuria/ vel infimis etiam libenter cedere.
Sed indignus est: cui beneficiat/ cui concedatur/ at dignum te/ vt fa-
cias: dignus Christus/ ad cuius gratiam sit. Neq; ledere quemq;
volo/ alunt neq; ledi me patiar. Imo tu lesus ex animo remitte
noxiã: cauens ne quid sit: quod quisq; tibi remittat. Tam ob-
seruans esto: in vitanda culpa tua: q̄ facilis ad remittendam alie-
nam. Quo maior es: hoc te magis magisq; summittas: vt omnis

bus in charitate inferrias. Si claro genere es, non obscurabunt
sed decorabunt nobilitatem generis; mores Christo digni. Si ob-
cursus es, hoc modestius imperitorum inscitiam feras et emendes.
Duc fratri plus debes: quo plus tibi creditum est. Dives es: me-
mineris dispensatorem esse te non dominum: ac sollicitus vide:
quomodo rem communem tractes. Tu credebas solis monachis
interdictam esse proprietatem: Indictam paupertatem: Errasti:
vtrumque ad omnes Christianos pertinet. Lex te punit, si quid ali-
eni sustuleris/ non punit, si tuum fratre egente subtraxeris. At vtrum-
que punit Christianus. Si magistratus es: me te faciat bonorum ferocio-
rem/ sed onus sollicitiorem. Non gero inquis munus ecclesiasti-
cum: non sum pastor aut episcopus. Demus istud/ at num etiam
Christianus non es: Ipse videris cuius sis/ si ecclesiasticus non es/
Adeo Christianus in contemptum venit mundo: ut pulchrum existi-
ment et regium. nihil cum eo habere commercij/ hoc quemque con-
temptiorem esse: quo fuerit illi copulatio. An non audis quoti-
die ab iratis laicis/ atrocis conuicij loco nobis in os iacti: clerici:
sacerdotis/ et monachi vocabula: idque proterus non alio animo ac
voce/ quam si incestum aut sacrilegium exprobrarent: Equidem de-
miror: quare non etiam baptismum obyciunt: quare non etiam cum Sara-
cenis Christi cognomen probe vice impingunt. Si malum clericum/ aut
indignum sacerdotem dicerent/ aut monachum irreligiosum/ seruum erant
quippe qui mores hominum notarent non virtutis professione
contemnerent. Sed qui sibi stupra virginum/ res bello raptas/ pe-
cuniam alea vel partam vel perditam/ et id genus plurima faci-
nora glorie ducunt: in alium vero nihil habent contemptius: aut
probrosum/ aut magis pudendum/ quod obiectent: quam monachi aut
sacerdotis vocabulum: nimirum obscurum non est: quid de Chri-
sto sentiant isti: solo nomine Christiani. Non est alius episcopo-
rum/ alius magistratum civilium dominus. Eiusdem vices ge-
runt vtrique. Eidem vtrique reddenda erit ratio. Si alio quam ad illum
respicias/ vel suscipiens magistratum vel gerens: nihil refert: si te
mundus non vocat symoniacum/ ille certe ut symoniacus puniet
et. Si publicum munus ambis: non ut probris in commune/ sed ut
privatim rei tue consulas/ ut viciscaris: quibus male vis: magi-
stratus tuus latrocinium est apud deum. Insequeris predones:
non ut sui recipiat/ qui spoliatus est: sed ne non sit apud te: quod
apud predones est. Quantulum queso inter te et illos interest: nisi
si forte: quod illi quidem mercatorum: tu predonum es pre-
do. In summa nisi hoc animo geris magistratum/ ut paratus

110

110

Re non dicam rei/ sed ⁊ capitis iactura quod intum est tueri/ non
 approbabit Christus adminiurationem tuam. Ad dam ⁊ illud ex
 Platonis sententia/ neminem esse magistratu dignum / qui li-
 bēter gerit magistratum. Si princeps/ caue ne te incantent male-
 ficę ille assentatorum voces. Dominus es/ supra legem es/ liber es
 oia tibi iusta/ oia honesta. tibi licet/ quicquid libet. Tibi ad te/ que
 vulgo dicuntur a sacerdotibus. imo tu id quod res est / existima/
 vnum omnium esse dominum Christum Jesum/ cuius te q̄ simi-
 limuz esse oportet/ quippe cuius vices geris. Duius disciplina nul-
 li prestanda exactius q̄ tibi/ a quo seuerius rationem est exactu-
 rus/ q̄ ab alijs. Nō protinus ius esse putato/ quod vis/ sed id tan-
 tum velis/ quod ius est. Quod vlli mortallium turpe futurum erat
 id ne tibi quidem putaris honestum. imo ne illa quidem tibi per-
 mitte/ que vulgo solēt cōdonari. Quod in alijs delictum/ in te fla-
 gicium fore puta. Donorem/ admirationem/ dignitatem/ gratias/
 auctoritatem/ nō opes tibi cōciliant/ plebeis maiores/ sed mores
 emereātur/ popularibus meliores. Nō ea discat in te mirari vul-
 gus/ quibus illa ipsa facinora inuitantur in que tu quotidie ani-
 maduertis. Tolle admirationem diuitiarum/ vbi fures/ peculato-
 res/ sacrilegi/ prodones. Tolle admirationem voluptatum/ vbi ra-
 ptores atq̄ adulteri. Quoties splēdidior apud tuos videri vis/ ne
 stultorum oculis opes tuas explēdis/ quā felicior/ ne lurtum ⁊ vor-
 luptates ostentes. In te primum discant ista cōtēnere/ discant sus-
 picere virtutem/ in precio habere frugalitatem applaudere tem-
 perantie/ honorem habere modestie. Ne quid eorum tuis in mor-
 ribus appareat/ que tui fasces in populi moribus puniūt. optime
 recideris maleficia/ si materiam maleficiorum diuitias ⁊ volup-
 tates/ in te non viderint magni fieri. ne quem vel media de plebe
 p̄ te cōtempseris. Commune ex equo precius est/ quo vtriq̄ estis
 redempti. A cōtemptu te nō strepitus ambitionis/ non ferocitas/
 non arma atq̄ satellites vendicēt/ sed vite integritas/ seueritas/ ac
 mores ab omnibus populi vicys incorrupti. Nihil prohibet/ ob-
 eūdo principatu summū tenere locum/ ⁊ in charitate nullum dis-
 cernere locum. Hoc principatum esse puta/ nō opibus precedere/
 sed q̄ plurimū omnibus prodesse. non ea que publica sunt in tui
 commodum verte/ sed que tua sunt/ teq̄ ipsum totū/ ad publicam
 vtilitatem effūde. Multa tibi debet populus/ at tu illi debes om-
 nia. Ambitiosa nomina inuicti sacrosancti/ maiestatis/ ⁊ si cogi-
 tur ferre aures/ an im̄ certe non agnoscat/ sed hec omnia in Chris-
 tū cui soli competūt referas. Lese maiestatis crimen qđ alijs tra-
 gica voce efferūt/ apud te leuissimū sit. Maiestatem principis is

Anmad-
 uertant
 hoc prin-
 cipes

vere ledit: qui principis nomine: contra ius: crudeliter/ violente/
flagitiose quid facit. Nullus iniuria te minus moueat: quæ per
natim ad te pertinet. Publicam personam esse te memineris: nec
oportere/ nisi de publico cogitare. Si cordatus es/ reputa tecum/ nõ
quantus sis: sed quatum onus humeris sustineas. Et quo maiore
in periculo versaris/ hoc minus indulge tibi. nõ a maioribus tuis
aut assentatoribus formam administrandi imperij: sed a Christo
petens. Quid enim absurdius/ quæ principem Christianum Danni
balem/ Alexandrum magnum/ Cesarum/ aut Pompeium sibi pro-
ponere? In quibus ipsis: quæ quasdam virtutes nequeat assequi:
ea potissimum imitabitur: quæ sola erant fugienda. Non protinus
in exemplum trabatur/ si quid approbantibus historicis fecit Ce-
sar: sed si quod fecit/ non abhorret a doctrina domini nostri/ aut si
est huiusmodi: vt quæ imitandum non est/ ad virtutis tamen stu-
dium possit accendere. Ne totum quidem imperium tanti sit/ vt
prudens velis a recto deflectere. Exue potius illud/ quæ exuas Chri-
stum. Ne dubita/ habet ille quod tibi referat pro contempto impe-
rio/ longe melius imperium. Nihil tam decorum/ tam magnificum:
tam gloriosum regibus/ quæ ad summi regis Jesu similitudinem:
quæ proxime accedere: qui vt erat maximus ita et optimus erat. Sed
quod maximus esset/ id in terris dissimulauit: quod optimus id
nos sentire maluit: quia hoc nos maluit initari. Negauit regnum
suum de hoc mundo esse: quum esset celi terræque dominus. Sed prin-
cipes gentium dominantur eorum. Christianus non exercet po-
testatem in suos/ sed charitatem: et qui maximus est: omnium mi-
nistrum se cogitet esse/ non dominum. Quo magis admiror pote-
statis et domini ambitiosa vocabula/ ad ipsos vsque pontifices sum-
mos et episcopos inuenta fuisse. Nec pudere theologos nõ minus
indocte quæ ambitiose magistrorum nostros vulgo appellitari: quum
vtriusque Christianus interdixerit suis/ ne vel dominos vel magistrorum
vocari se sicerent: vnum enim esse tum magistrum tum domi-
num/ qui et caput omnium nostrum Christianus Jesus. Apostolus: pa-
stor/ episcopus/ officij sunt vocabula/ non dominatus. Papa/ Ab-
bas/ charitatis cognomina sunt/ nõ potestatis. Sed quid ego ma-
re illud vulgare errorum ingredior? Ad quodcumque hominum
genus conuerterit/ multa vbiq; videbit homo vere spiritualis quæ
rideat/ plura quæ fleat. Plurimas opiniones deprehendet depra-
uatisimas/ et a Christi doctrina longe lateque dissidentes. Quarum
bona pars inde proficiscitur quod etiam in Christianismo mundum
quendam induximus: et quod apud veteres theologos de mundo
legitur hoc parum eruditum ad eos referunt: qui monachi non sunt.

Mundus in euangelio: apud apostolos: apud Augustinum / Am-
brosium Hieronymum dicitur incredibilis: a fide alienis: crucis
Christi inimici. blasphemii in deum. Qui huiusmodi sunt. solliciti
sunt de crastino: quippe qui dissidit de Christo. pro opibus pro im-
perio: pro voluptatibus digladiantur utpote qui sensibilibus rerū
prestigijs occitati falsa bona pro veris amplectuntur. Dic enim mā-
dus Christum verum lumen non cognouit. Dic totus in malo po-
situs / se amat / sibi uiuit / sibi studet / non enim induit Christum: qui
vera charitas est. Ab hoc semouit Christus: non solum apostolos
sed omnes quos se dignos iudicauit. Quo tandem igitur modo
hic semper in literis damnatum mūdum cum Christianismo mi-
scemus? Et mūdi inani vocabulo nostris vicis blandimur? Au-
gent hanc pestem: pleriq; doctores: qui ad alterantes uerbum dei
ut ait Paulus: et ad temporum mores scripturam diuinam tra-
bentes: quum magis conueniat mores ad scripturarum regulas
emendari. Nullum autem exitius assentandi genus: q̄ cū uer-
bis euangelicis aut prophetiis animi morbis blandimur / nō me-
demur. **Audit princeps.** Omnis potestas a deo: protinus surgunt
erisse. Quur magis tumidum te reddit scriptura q̄ sollicitus? Lo-
gitas q̄ deus tradidit tibi gerendum imperium: et non cogitas q̄
idem gesti imperij exiget rationem? **Audit auarus:** interdictum
Christianis: ne binas habeant tunicas. Interpretatur theologus:
alteram tunicam esse quicquid necessitati nature supersit: et quod
ad morbus cupiditatis pertineat. Bene habet / inquit Crassus ille
mibi adhuc plurima desunt. **Audit animalis** et a charitate frigidus
hic esse charitatis ordinem: ut tuam pecuniam alienę tuam uitā
alienę / tuam famam alienę anteponas. Non dabo inquit igitur /
ne forte tibi ipsi desit. Non tuebor illius famam / nequid macule
meę aspergatur fame. Fratrem in periculo deseram ne ueniam et
ipse in periculum. Breuiter tibi uiuam totus / ne quid ullius no-
mine ad me perueniat incommodi. **Didicimus** et a sanctis uiris:
si quid non imitandum fecerūt / id solum in uite exemplum trabe-
re Adulteri: et sanguinary. Dauid exemplo sibi blāduntur. Qui sac-
culis inhiant: diuitem Abraham nobis obijciunt. **Principes / qui-**
bns pro ludo est passim uiciare uirgines. Solomonis reginas et
concubinas nobis annumerant. Quorum deus uenter est. **Noe**
brietatem preterit. incesti: Loth concubitum pretendit sue turpi-
tudini. Quur in istos a Christo declinamus oculos? **Audeo dice-**
re ne in prophetis quidem aut apostolis imitandum Christianis:
si quid a Christi doctrina diuaricetur. Quod si sanctos peccatores
libet imitari: non reclamo / modo totos imitentur. **Secutus es Da-**

uid adulteratē/magis sequere penitentem. Expressisti Magda
lenam peccatricem/exprime ⁊ amantē multum; exprime lachry
mantem/exprime ad pedes Jesu sese abycientem. Persequutus
es ecclesiam dei cum Paulo/peierasti cum Petro/sac ⁊ ceruicem
porrigas pro pietate cum Paulo/crucem ne reformides cum Pe
tro. Ideo patitur deus ⁊ magnos viros in quēdam vicia labi/ne
nos lapsi desperemus; sed ita si quemadmodum socii fuimus cr
rantium/ita simus ⁊ emēdantium errata. Nūc illud ipsum quod
imitandum nō erat. exaggeramus: ⁊ quēdam recte ab illis facta
depravamus/aranearū instar tantum si quid inest veneni erugē
tes/aut salutare etiam succū nobis vertentes in venenū. Quid
tibi cum diuite Abraham; cui numisima numen est? Quod ille pro
uentu feture/deo rem illius fortunatē/ditatus est/ idē in lege car
nalis/ideo ne tibi Christiano licet per fas nefasq; vndecunq; Cressi
opes congerere: quas vel male profundas/vel peius domi defo
dias. Ille diuitis sponte affluentibus:q; non adiecerit animum
vel hoc argumento sit/quod statim ad iubentis dei vocem filium
unicum mactandum produxit. Quam credis contempisse boum
armenta/qui contempit ⁊ filium? Tu vero nihil aliud somnians
q; questum/nihil admirans nisi pecuniam/paratus simul atq; in
cideri/expigui lucelli spe/vel fratrem fallere/vel Christum negli
gere: simile quiddam tibi putas esse cum Abraham? Simples
puelle filie Loth:quum conspicerent omnem quaquaersum res
gionem incendio conflagrare/ hoc vniuersum mundum arbitrā
tes:quod oculis patebat:neq; vllum iam vsq; mortalium ex tam
vasto incendio superstitem esse p̄ter sese: non turpi sed pio con
silio patris cōcubiti suffuratē sunt/ne videlicet nullę generis hu
mani relię supessent/p̄sertim quū adhuc vigeret diuinū p̄cep
tū crescite ⁊ multiplicamini. Et audebis tuas prodigiosas libidi
nes cū harū puellarū facto conferre? Imo ⁊ coniugiū tuū harum
incestui/nō dubitem posthabere/ si quidem i matrimonio nō proli
feruis/sed tuę libidini. Dauid tot egregys pietatis exemplis edi
tis/semel incidit in adulteriū/obiecta opportunitate/non captata.
An ob hoc protinus tibi licebit impune/totā etatē p̄ alienos tha
lamos volutari? Petrus semel metu mortis/abnegauit Christum/
pro quo postea fuerat moriturus/ nū ideo tibi quis de causa peie
rare fas erit? Paul⁹ nō affectu peccauit:sz errore lapsus est: admo
niti⁹ statim resipuit. Tu prudēs/sciēs/vidēs si malis cōsenses ⁊ Pau
li exēplo tibi ipsi caput demulces. Mathe⁹ vbo tū iussus nihil ota
⁹ semel totū exiit/iboneariū/te pecunys addictū nō tot scōrū ex
ēpla/nō toties audita euāgelia/nō tot cōcōes auellūt. dicūt mibi ep̄i

dñus Augustinus duas amicas habuisse legitur. Verū ille etnā
 cus: nos in Christianismo educati: ille adolescens: nos cani. Egre-
 gia collatio quonia; ille iuuenis/etnācus/me matrimony pedicis
 irretiretur: ynā mulierculam vxoris loco habuit/et nō vxori/ si-
 dem tamen coniugij presūtū: ideo nobis Christianis/sensibus/ma-
 cerdotibus/episcopis/minus sedum erit: per omnia libidīnū vo-
 luptabz conspurcari: Actum est de moribus/posteaq; victa virtus
 tum nominibus donauimus/et ad tuendum mala nostra argutio-
 res/q; ad emendandū diligentiores esse cepimus. Maxime si per-
 nas opiniones nostras falso patrocinio diuinarū literarum alere
 ac fulcire condidicerimus. Tu igitur frater suauissime in totum
 contempto vulgo/cum suis et opinionibus/et factis/syncere ac to-
 tus Christianam sectam arripe/quicquid in hac vita/vel boeren-
 dum/vel appetendū obycitur sensibus: id omne pietatis amore
 ex equo negligens. Unus Christus tibi satis sit/ vnicus auctor/et
 recte sentiendi: et beate viuendi. Et hanc quidem meram stulticiā
 amentiamq; mūdus existimat: sed per hanc placuit deo saluos fa-
 cere credentes. Felicitate despicit: qui sapit in Christo. Misere des-
 pit qui Christū non sapit. Verum beus tu: quemadmodum te vo-
 lo fortiter a vulgo dissentire: ita nolo vnicū quiddam referen-
 tem/passim aliorum sentētys aut factis oblatrare in periculis ofe dā-
 nare odiose obstrepere omnibus/rabiose declamitare in vitā cu-
 iuslibet: ne duo simul mala tibi conciscas/alterum vt in omnium
 odiū abeas/alterum vt inuisus nequeas quidem vlti prodesse.
 Esto et tu omnibus omnia/ vt omnes Christo lacri facias. Quoad
 licet/nō offensa pietate/foris omnibus temet accomoda: vt in-
 tus quidem immotum sedeat propositum foris autem comitas/
 affabilitas/facilitas/commoditas alliciat et fratres/quem blande
 conuenit inuitari ad Christū non asperitate deterreri. Deniq; qđ
 sentis. non tam seuis inonandum verbis/q; moribus exprimen-
 dum. Neq; rursus sic indulgendū infirmitati vulgi/ vt veritatem
 in loco fortiter tueri non audeas. Humanitate emendandi sunt
 homines: non decipiendi.

Lanon septimus.

Porro si per infantiam et imbecillitatem animi nostri/
 nondū ad ista spiritalia licebit aspirare/ nibilo tamen
 segnius danda erit opera. vt saltem in proximis consi-
 stamus. Alioq; vera compendiarisq; ad felicitatem via
 est. si semel totam mentem ita ad celestium rerum admirationem
 conuerterimus: vt veluti corpus ymbz: ita amor Christi. amor
 eternorū et honestorū natura secū adducat/fastidium caducorū:

z odium turpium. Utrūq; enim necessario consequitur alterum:
z alterum cum altero: vel crescit vel decrefcit. Quantū profeceris
in amore Christi: tantū oderis mūdum. Quo magis miraberis in
uifibilia/ hoc magis vilefcet res fluxe ac momentaneę. Oportet
igitur/ quod in literis suadet Sabius/ idem z in virtutis facere di
sciplina: vt statim ad optima nitamur. Quod tamē si nostro vicio
non continget/ proximum est: vt vel humana quadam prudentia/
a magnis vicys abftineamus: nosq; ipsos (quoad fieri potest) in
tegros diuine beneficentię feruemus. Nam vt faluti propius est
corpus: exhaustū quidem illud z inane: verum noxys humoribus
liberum: ita mens capacioz est diuini muneris: nondūz grauibz
culpīs inquinata/ tam zī vera virtute ad huc vacat. Si imbecillio
res sumus/ q̄ vt apostolos/ vt martyres/ vt virgines imitemur: sal
tem ne committamus vt ethnici nos in hoc stadio videantur p̄
currere. Quozum pleriq; quū neq; deum noscent/ quem vereren
tur/ neq; inferos crederent/ quos formidarent: tamē ipsam per se
turpitudinem modis omnibus fugiēdam esse hominī censerūt:
adeo vt nōnulli maluerint/ fame/ rei/ vite deniq; iacturam facere.
q̄ ab honesto discedere. Si per se tale q̄ddam est peccatum: vt nul
lis commodis aut incommodis propositis fit admittēdum/ profe
cto Christianum hominem: si non dei vel iusticia deterret. vel de
hortatur beneficentia: si nō vel spes immortalitatis vel eterne pe
ne metus reuocat: si ne ipsa quidez natiua peccati turpitudō retra
bit. quę potuit z gentiliū animos retrahere/ saltem mille incom
moda deterreant/ quę etiam in hac vita peccantem consequūtur:
infamia/ dispendiū rei/ egestas/ contemptus z odiū bonoz/ anxie
tas animi/ indeludo/ z ille/ multo miserrimus/ conscie mentis cru
ciatus: quem etiam si nonnulli in presentiarum non sentiunt/ siue
ętatis ebetudine obscurati/ siue peccati voluptate debrati: tamen
sentient posterins. z omnino tanto sentient infelicius: quanto se
rius. Quare iuuenes potissimū sunt admonendi. vt hanc esse pec
cati naturam/ malint tot auctoribus credere: q̄ infelici experien
tiā in semetipsis discere/ neq; prius vitam vicys contaminent/ q̄
plane quid sit vita cognouerint. Si tibi vilis est Christus: cui tu tā
ti constas: saltem tua ipsius causa temperato a turpibus. Et q̄ q̄
vehemēter periculosus est/ hoc in statu: velut in triuiō (quod aliū)
diutius commorari/ tamen vs qui nōdum quēnt ad heroicā assur
gere virtutem/ non paulo prestabilius est in politica virtute con
sistere q̄ in omne turpitudinis genus ire precipites. Non hic est
felicitatis meta. sed hinc propior ad felicitatem gradus. Interim
tamen semper orāduz deus/ vt nos ad meliora dignetur arripere

Canon octauus.

S crebitus ac grauius ingruet in te tentationū procel-
la/ne protinus tibi incipias displicere/ quasi ob id deo
tuo vel cure/vel cordi nō sis/aut parum pius aut etiam
minus perfectus. Imo potius gratias age/quod vt fu-
turum heredem erudit/vt charissimū filium flagellat: vt amicum
explorat. Maximū est argumētum hominem a diuina miseri-
cordia relectum esse: quū nullis tentationibus incessitur. In mē-
tem tibi veniat Paulus apostolus qui ad tercū celi mysteria pro-
meruit admitti/ nisi ab angelo Satanae caloppizatus. Succurrat a-
micus dei Job/ succurrat Hieronymus/ Benedictus/ Franciscus
cūq; his innumerabiles alij patres/ maximis de vicij sollicitati.
Si cū tātis viris: si cū tā multis tibi cōmune ē quod pateris/ quid
est/ quur aīm deicias. magis eniterere: vt cū illis vincas. nō desitu-
et te deus: et faciet etiaz cū tentatione prouentū: vt possis sustinere

Canon nonus.

Q uod callidi solēt imperatores facere/ vt in tranquillis
etiā rebus: nisi excubias agant/ itidē tu quoq; semp ani-
mum vigilantes/ ac circumspēctum ad futurum hostis
assiltū habeas. Nunq; enī ille nō circuit/ querēs quē
deuoret. Quo paratior esse queas/ vt irruentem statim fortiter re-
tundas/ exhibileq; statim pestiferi serpentis caput conteras. Nus-
q; enim ille vincitur/ vel facilius/ vel perfectius. Proinde consul-
tissimum est/ paruulos Babylonis: illico vt nati sunt/ ad petram
que Christus est/ allidere priusq; grandescant.

Canon decimus.

B epellitur autem maxime tentator his modis/ si vel ve-
hemēter auerferis aīo/ statimq; in suggerētē velut ex-
puas/ aut ardentē oves. aut ad sanctā aliquā occupatio-
nē toto pectore te offeras. aut si verbis e sacris literis pe-
titis tentatori respōdeas/ quēadmodū supra admonuimus. Qua
quidem in re non mediocriter profuerit aduersus omne tentatio-
nis genus certas quasdam sententias habere paratas/ eas maxi-
me quibus aliqui senseris animum tuum vebementer cōmoueri.

Canon undecimus.

D os hoies duplex potissimū habet periculū/ alterū ne
in tentatione succubant/ alterū ne post victoriā in con-
solatione et gaudio spiritali insolescat. Ut igitur tutus
sis: nō solū a timore nocturno/ veruētā a demonio me-
ridiano/ facito/ vt quum hostis te ad turpia sollicitat/ nō tuam ipsi-
us respicias imbecillitatem/ sed tantum memineris te in Christo

dia posse/ qui nō apostolis modo/ sed & tibi/ sed omnibus suis mē-
bris etiam infirmis dixit/ cōfīdite/ quia ego vici mūdum. Rursum
quum vel post separatū instigatorem. vel in pio quopiam opere
senseris mētem tuam/ intus arcana quadā voluptate pfunditū
etiam atq; etiam caueas/ ne quid inde tuis meritis arroges. sed
totum gratuite beneficentie dei feras acceptum. Teq; ipsum pro-
tinus verbis Pauli reprimas. Quid habes: quod non accepisti: &
si accepisti/ qd gloziaris/ quasi nō accepis: Itaq; aduersus duplex
hoc malū/ duplex erit remediū: si & in cōflictu/ tuę virtuti diffusus
ad Christū caput tuū confugas: atq; in eius vnius beneuolētia
spem oēm vincēdi ponas/ & i cōsolatione spirituali. statim gratias
agas illi de suo beneficio: tuā indignitatem humiliter agnoscēs.

Canon duodecimus.

Quū pugnas cum hoste/ nō satis sit tibi/ si ictus illius
declines aut etiam repellas/ nisi fortiter arreptus telū
in ipsum auctorem reuertaris/ suomet illum gladio in-
gulans. Id ita fiet/ si ad malum sollicitatus/ non solus
non pecces/ sed hinc tibi arripias occasionem virtutis. Et quem-
admodum eleganter fingunt poetę. Derculem obiectis ab irata
Junone periculis. animo creuisse atq; induruisse/ itidez tu quoq;
da operam/ vt hostis instigationibus non solum peior non fias:
sed etiam euadas melior. Sollicitaris ad libidinem/ imbecillita-
tem tuam agnosce/ ac plusculuz etiam tibi de licitis voluptatibus
interdicto. ad castas & pias occupationes apponito nonnihil au-
ctarij. Instigaris ad cupiditatem/ ad tenacitatem/ auge elemosy-
nas. Incitaris ad inanē gloriam/ tanto magis demitte te in om-
nibus. Ita fiet vt vna quęq; tentatio/ sit tibi renouatio quędam
sancti propositi tui/ & pietatis incrementum. Teq; enim proflus
alia ratio tam efficac; conficiendū profligandiq; hostem nostrum
Uerebitur enim te denuo pronocare: ne qui impietatis aucto-
re esse gaudet/ pietatis ministrat occasionem.

Canon decimustercius

Semper autē hoc animo atq; hac spe dimices quasi ea
pugna sit tibi postrema futura/ si victor discesseris. Sic
ri enim potest/ vt & istud p̄miū tuę virtuti largiatur be-
nignitas diuina/ vt hostis semel turpiter victus/ nun-
q; postea te repetat. Id quod legitur p̄s aliquot viris contigisse
Nec absurde credit Origenes/ vincentibus Christianis minui
copias hostium: dum semel fortiter repulsus/ nunq; ad hominē
sollicitandum reuerti permittitur. Ergo in conflictu aude perpe-
tuā sperare pacē. At rursus vbi viceris/ sic te geras: quasi mox in

Breuitatem rediturus. Semper enim alia post aliam expectanda tentatio necque unquam discedendum ab armis: nunquam relinquerenda statio nunquam remittende excubie. donec in hoc corporis presidio militamus. Semper illud propheticum in pectore cuius habendam. Super custodiam meam stabo.

Canon decimusquartus.

Magnopere cauendum: ne quod viciū/veluti leue contemnamus. Nullus enim hostis viciū scriptus/que qui fit contemptui. Quia in re non paucos mortalium misere falli comperio. Fallūt enim seipos dum sibi in vno aut altero vicio conuidentes/ quod pro suis quisque moribus veniale putat/ reliqua grauius execrantur. Bona pars eorum/ quos vultus integros et incorruptos appellat/ furtum/ rapinam/ homicidium/ adulterium/ incestum oppido detestantur/ at simplicem fornicationem/ et moderatum voluptatis usum/ vt leue commissum neutrumque refugiūt. Alius ad reliqua sat incorruptus bibosior est/ in luxu in temperantior. Alius lingue licentioris. Alius inantior et lactantior. Quo tandem vicio carebimus/ si ad hunc modum suo quisque blanditur. Argumentum est istos ne reliquas quidem virtutes vere possidere: quibus vllum viciū placet sed potius simulacris que dam virtutum/ que vel natura/ vel educatio/ vel cōsuetudo denique et gentiliū aī indidit. At qui Christiano odio vnū quodlibet viciū execrat/ omnia detestetur necesse est. Lutus animum semel vera charitas occupant: pari detestatione vniuersam malorum cohortem persequitur/ ac ne in venialibus quidem sibi blanditur neque minimis sensim ad maxima dilabatur/ et dum in leuibus oscitat excidat a summis. Et si non dum forte queas vniuersam viciū stirpem euellere tamen quotidie de malis nostris aliquid decerpendum/ bonis moribus semper aliquid adiciendum. Ad eum modum decreset aut crescat/ ingens ille cumulus Desolatus.

Canon decimusquintus.

Ste terrabit labor quem oportet in conflictu tentationum subire: hoc erit remedium. Noli molestiam pugne cōferre cum voluptate peccati. Sed presentem amaritudinem pugne compone cum futura amaritudine peccati que victum consequitur/ cum presentem dulcedinem culpe: que te illectat: cum futura dulcedine victoriae et tranquillitate mentis: que consequitur strenue pugnantem/ et mori videbis/ que iniqua sit collatio. Verum in hoc falluntur parum cauti/ quod amaritudinem/ pugne comparant cum delectamento peccati: neque respiciūt quid hoc atque illud consequatur. Consequitur aut victum: multo

num grauior tū diurnior molestia: q̄s uincenti fuerit in cōgressu
futurā: uictorem item longe maior ac durabilior voluptas: q̄s vic
to fuerit: que trahit in culpas. Id quod facile iudicabit: qui fecerit
utriusq̄ rei periculum. Uerum neminem Christianum oportet
vsq̄ adeo ignatum esse: ut quum quotidie succumbat tentationi
non saltem aliquando uel curet experiri: quid sit uincere tentatio
nem. Quod quo fecerit frequentius: hoc fiet uictoria dulcior.

Lanon decimus sextus.

Quod si quando te contigerit letibale uulnus accipere:
cane ne protin⁹ abiecto clypeo/ relictis armis hosti te
dedas. Id quod animaduerti non paucis accidere: qui
bus animus natura est imbecillior ⁊ muliebrior: ut se
mel prostrati desinant reluctari/ seque totos permittant affectib⁹
neq̄ cogitent de recuperāda libertate. Nimisq̄ periculosa est ista
pusillanimitas: que cum interdum ingenys non pessimis adiuuanc
ta sit/ tamen ad id quod est omnium pessimum solet adducere: de
sperationem. Aduersus hanc igitur hac regula cōmunienda mēs
est: ut lapsi in peccatum/ non solum non desperemus: sed gnauos
milites imitemur: quos non raro pudor ignomię/ ⁊ accepti uul
neris dolor: non modo non conyicit in fugam: uerū ad fortius/
q̄ antea/ pugnandum/ acnit redintegratq̄. Itidem nos quoq̄/ si
mul atq̄ in capitalem noxiam fuerimus inducti: ilico properem⁹
redire ad cor/ ⁊ lapsus ignominiam noua uirtutis alacritate resar
cire. Facilius vni uulneri medeberis/ q̄ multis/ facilius recētis/ q̄
inueterato iam putris. Anima temetipsum uericulo illo notissi
mo: quem vsurpasse Demosthenes legitur. Uir fugiens ⁊ denuo
pugnabit. Logita Dauid prophetam/ regem Solomonez. Petru
ecclesie principem: Paulum apostolum/ tanta lumina sanctimo
nie. in que scelera tamen inciderint. Quos fortasse uel ob hoc ca
dere permisit deus: ne tu lapsus desperares. Erige te igitur in pe
des: sed statim magnoq̄ animo: atq̄ in pugnam redito/ tum ardē
tior/ tum cautior. Sit interim ut ⁊ capitalia commissa p̄s homini
bus/ cedāt in cumulū pietatis: dū ardētius amāt. q̄ turpi⁹ errarūt.

Lanon decimus septimus

Sed aduersus alios atq̄ alios tentatoris incurfus/ alia:
atq̄ alia remedia sunt accommodatiora. At unicuique
multoq̄ omnium efficacissimum remediū: aduersus
omne uel aduersitatis: uel tentationis genus est crux.
Christi: que eadem est ⁊ errantibus exemplum: ⁊ laborantibus re
frigerium: ⁊ pugnantibus armatura. Hęc est vna contra omnia
tela nequissimi obucienda. Proinde conuenit in hac diligenter

exerceri/nō quidem vulgi more:quidam passionis hīstoriam quo-
tidie relegit/aut crucis imaginē adorāt. aut millenis signis eius/
totum vndiq; corpus communiunt/aut fragmentum aliquod se-
crati ligni domi feruāt:aut ita certis horis supplicium Chriſti re-
colunt:vt ei tanq; homini iusto ⁊ indigna patienti humano affec-
tu condoleant/atq; illacryment. **Nō** hic est verus illius arboris
fructus/verum interim fit istū lac infantū animarū. Tu vero
ascende in palmā/ vt veros illius fructus apprehēdas. Si sunt pe-
cipui:si mēbra capiti in mortificādīs affectibus q̄ sunt mēbra nos-
tra sup terrā:⁊formes esse curemus. Id quod nobis nō solū ama-
rū esse nō debet:verūetiā vehemēter optabile ac iucūdū/si modo
spiritus Chriſti viuit in nobis. Quis enī vere amat eū:cui q̄ diſsi-
millimus esse gaudeat: Verū quo maiore fructu mysteriū crucis
mediteris. oportebit vnamquemq; sibi rationē ac piam quandā
digladiādī artē parare. ⁊ ea diligēter exerceri:vt simul atq; res
poposcerit:in p̄optu sit. Ea potest esse huiusmodi:vt singulis affec-
tibus tuis crucifigendis:eam crucis partem applices:que potissi-
m iūspōdeat. Nulla est enī oīno vel tentatio/vel aduersitas/que
nō suum ac propriū habeat remediū in ea. Veluti quū te tirillat
ambitio huius mūdi: quū pudet ludibrio ac contemptui esse:cogi-
ta o membrū infimū:quantus sit Chriſtus caput tuum:⁊ quo se se
tua causa deiecerit. Quū incessit q̄m inuidie malū:memento q̄
benigne:q̄ candide se totum ille nostris vībus impenderit/q̄ bo-
nus fuerit etiā pessimis. Quū sollicitaris a gula/recole illum felle
⁊ aceto potatum. Quū tentaris a voluptate turpi: recordare q̄ to-
ta capitis vita ab omni abfuerit voluptate: q̄ oībus incōmodis/
cruciatibus erūnis plena. Quū irrat ira:succurrat statī ille q̄ ve-
lut agnus corā tondente obmutuit:⁊ nō aperuit os suū. Si te ma-
le vīt paup̄tas/aut habendi cupiditas sollicitat:protinus in men-
tes veniat ille dominus vniuersorū pro te factus egenus:ita vt nō
haberet:ubi inclinaret caput suum. Atq; ad eandem rationem:si
⁊ in reliquis tentationibus feceris:non solū acerbū non erit vim
attulisse tuis affectibus:verum etiam dulce propterea quod intel-
liges isto modo te conformari capiti tuo/ eiq; pro suis im̄mensis
doloribus/quos tua causa pertulit/ quasi gratiam referre.

Canon decimus octauus.

A Tq; hoc quidem remediū:q̄ vñ oīm longe p̄esen-
tissimū est:ys qui mediocriter in via vite processerūt:
n̄ infirmioribus nōnibil profuerint ⁊ illa: si sollicitā-
te ad impietate affectu/statiz ob oculos mentis reuō-
cent:q̄ sc̄da/q̄ execranda/q̄ exitialis res sit peccatū/ contra quā

ta hominis dignitas. In futilibus etiam negocijs/paulisper apud
nosipfos consultamus in hac re omniuz maxima: priuq; nosmet
assensu/veluti cbirographo/diabolo astringimus/no nostro cu ani
mo reputabimus a quanto opifice sumus conditi/in q; excellenti
statu constituti:quam immenso precio redempti/ad quantam felici
tatem vocati. Dominē generosum illud esse animal: cuius vni
us gratia mirabilem hanc mūdi machinā fabricatus est deus: cō
ciuem angelozū: filium dei: heredē immortalitatis: mēbzū Christi
membzū ecclesie/corpoza nostra templa esse spiritus sancti: mētes
simulachra simul e adyta diuinitatis. At e regione peccatū esse pe
stem teterrimam ac tabern tum animi/tum corporis. Utrūq; enīz
in natūam speciem reflorescit innocentia: peccati vero contagio
marcescit vtrūq; etiam in hoc seculo. Peccatum est lethale vi
rus spurcissimi serpentis: auzozamentum diaboli/ ac seruitutis
non turpissime modo: verum etiam miserrime. Nec atq; huius
modi vbi tecum expenderis/etiam atq; etiam delibera: nuz satis
consultum sit/ob fucataz: momentaneam/venenatam peccati de
lectatūmiculam a tanta dignitate/in tantam excidere indignitatē.
vnde te per teipsum non queas asserere.

Canon vnde uigesimus.

Deinde vides illos auzozes inter se dissimillimos com
para: deum ac diabolum/quozum alterum peccando ti
bi facis inimicum/alterum constituis dñm. Per inno
centiam ⁊ gratiam as: isceris in numerum amicorū del
adoptaris in ius ⁊ hereditatem filiozum/per peccatū vero consti
tueris ⁊ seruus ⁊ filius diaboli. Alter est eternus ille fons ⁊ idē
summi pulchri. summe voluptatis/summi boni. Oibus sese com
municans. Alter oim malozum/extreme turpidinis/summe infe
licitatis pater. Alterius i te beneficia/alteri⁹ maleficia recordare.
Ille qua bonitate te cōdidit: Qua misericordia redemit: Qua li
beralitate locupletauit: Qua lenitate quotidie sustinet delinquen
tem: Qua leticia recipit resipiscentem: Contra hac oia diabolus:
quāta inuidētia laz olim insidiatur saluti tuę: In quas erumnas
te cōiecit: Atq; adeo quid aliud molitur quotidie: nisi vt vnūersū
boim genus secū in eternū exitū trahat: Dis oibus hinc atq; hic
recte pensiculatis ita tecū cogita. Egone oblitus originis meę: ob
litus tantozum beneficiorū: propter tantillū bolum false volupta
tis/a tam nobili/a tam amante/a sic merito parente deiscam in
gratus/ ⁊ me vltro turpissimo crudelissimoq; domino mācipabo
Non saltem illi prestabo: quod homunciōni prestare bene merē
ti: Non illū fugiam: qui hominem fugero malū dare cupientē.

b u

Canon vigesimus.

Neq̄ vero minus ineq̄uale prēmii: q̄ dissimilis aucto-
r. Quid enim ineq̄ualius: q̄ mors eterna: et vita im-
mortalis: q̄ sine fine summo frui bono: in contubernio ces-
lestium ciuium: et sine fine extremis excrucitari malis in
infelicissimo consortio damnatorum: Atq̄ hac de re qui dubitat
ne homo quidem est: ne dum Christianus. Qui non cogitat: vel
ipsa amentia amentior. Jam vero preter ista habent et in hac in-
terim vita pietas et impietas fructus suos nunquam dissimiles. Ex
illa enim metitur: secreta tranquillitas animi: et beatum illud gau-
dium purę mentis: quod quisquis semel degustari: nihil tam pre-
ciosum: nihil tam voluptarium: mundus hic possidet: qui cum ve-
lit permutare. Hanc contra: quam mille alia mala: tum miserri-
mus ille cruciatus animi sibi male conscy. Illud enim est centu-
plum spiritalis gaudij: quod Christus pollicitus est in euangelio:
velut arram quandam eterne felicitatis. Hęc sunt illa apud pro-
phetam miranda munera: que neq̄ oculus vidit: neq̄ auris audi-
uit: neq̄ ascenderunt in cor hominis: que preparauit deus dilige-
tibus: semimirum in hac vita. Quum interim vermis impiorum
non moritur: et inferos suos iam apud superos patiuntur. Nec alia
est flamma: in qua cruciatur diues ille comessator euangelicus. Nec
alia supplicia inferorum: de quibus multa scripsere poetę: q̄ per-
petua mentis anxietas: que peccandi consuetudinem comitatur.
Tollat igitur qui velit futuri seculi tam diuersa pręmia: habet an-
nexam sibi virtus propter quod abunde debeat expectari. habet ad-
iunctum peccatum: cuius causa debet horreri.

Canon vigesimus primus

Ad hęc cogita: q̄ erinosa: q̄ fugax sit vita presens: q̄
vndiq̄ imminens insidiosa mors: q̄ passim opprimit
inopinates. Et quū nemo vel de momento vite sit secu-
rus: q̄ ingēs periculū: eam comprehendere vitā: in q̄
a te mors subitanea (vt sepe accidit) deprehēdit: in eternū peristi.

Canon secundus et vigesimus

AUm semper erit formidanda impenitentia: malorum
extremum: illud nimirum perpendenti: ex q̄ mul-
tis: q̄ pauci a peccatis vere ac toto pectore resipiscunt
presertim vs: qui funiculos iniquitatis in extremum
vsq̄ vite protraxerūt. Lubricus quidē et facilis in turpitudine lap-
sus. sed hic reuocare gradū. superasq̄ euadere ad auras: hoc opus
hic labor est. Proinde vel hirci Etiopei casu admonitus: priusq̄ i
peccati puteum descēdas: cogita nō perinde facilem esse reditum

**Remedia contra specialia quedam vicia
& primum contra libidinem.**

Et hactenus quidem communia aduersum omne vicio-
rum genus remedia/viciaq; demonstrauimus nunc co-
nabimur: & speciatim quedam tradere/ quibus modis
cuiq; peccato debeas occurrere/ ac primuz libidinis quo
malo nullū aliud/neq; prius nos impetit:neq; acrius viget: neq;
latius patet:neq; plures in exitium trahit. Si quando igitur feda
libido stimulat animum tuuz:his armis protinus memento oc-
currere. In primis cogita:q; immunda:q; spurca:q; quouis etiaz
homine indigna sit ea voluptas:que nos diuinum plasma: nō pe-
cudibus modo/verum etiam suis/bircis: canibus/ & brutozum
brutissimis animalibus equet/imo que porro infra pecudum con-
ditionem deiciat:qui sumus ad angelozum consortia/ad diuini-
tatis communionez destinati. Succurrat ad hęc/ q; eadem sit mo-
mentanea/q; infyncera/ q; semper plus aloes/q; mellis habens.
Eduerso/q; generosa res sit anima/q; sacra res corpus hominis/
quemadmodum in superioribus regulis ostendimus. Quę malū
igitur recordia:ob tantillam/tam fcdam/ voluptatis momenta-
neq; titillationem: simul & animum & corpus indignis modis pol-
luere: Prophanare templū/quod L. bristus sibi sanguine suo con-
secrauit: Illud item reputa/blanda pestis/quantum maloz agmē
secum trahat. Ante omnia famam/possessionem longe preciosissi-
mam/eripit. Nullius enim vici rumor spurcius olet/q; libidinis
Patrimonium exhaurit. Corpus simul & vires/ & speciem interis-
mit. Valitudinem vebemeter ledit. Morbos innumerabiles pa-
rit: eosq; fedos. Iuuentę florem ante diez deuenustat. Turpem se-
nectam accelerat. Ingenij vigorē tollit/mentis aciem ebetat: &
quasi pecuinam mentem inserit. Ab omnibus honestis studijs se
mel auocat: hominemq; quantum est totū ceno immergit/ vt iam
nihil nisi sordidum/humile/spurcum libeat cogitare. Et quod ho-
minis erat proprium:eripit: rationis vsum. Insanam atq; insa-
men adolescentiam/odiosam ac turpem miseramq; senectam fa-
cit. Sapias igitur/ & sic nominatim tecum reputes. Illa & illa vo-
luptas/tam male cessit:tantum damni:tantum dedecoris:tedy la-
boris/morbozum attulit: & iterum stultissimus hamū vorabo pru-
dens: Iterum committam: cuius me denno peniteat: Item & ali-
ozum exemplis temet reprime: quos cognoueris turpiter & infell-
citer voluptatem esse sequutos. E regione anima teipsum ad con-
tinentiam/exemplis tot adolescentium/tot delicatarum virginū

et collatis circumstantiis tibi ipsi ignaviam approbato. Qui minus
tandem tu possis quod illi atque illi/ eo sexu/ etate/ sic nati/ sic edu-
cati/ poterunt possuntque. Pariter ama/ nec minus valebis. Co-
gita: quod honesta/ quod amena/ quod florida res sit corporis et animi puri-
tas. Nec nos maxime facit familiares angelis/ spiritibus sancti capa-
ces. Etenim a nullo profusus vicio sic restit spiritus ille puritatis
amator: ut impudicis. Illusque eque conquiescit ac deliciatur/ ut in
mentibus virgineis. Propone tibi ante oculos quod indecori/ quod to-
tum hoc insanum sit amare/ pallefcere/ macerari/ lacrimari. bla-
diriac turpiter supplicem esse seorto putidissimo. Occinere ad fo-
res nocturnas/ pendere de nutu die/ pati regnum muliercule ex-
postulare: irasci/ rursus redire in gratiam/ et vitro te ridendi: pul-
sandum mutilandum/ spoliandum lupo prebere. Ubi queso inter
illa/ viri nome: Ubi barba: Ubi generosus ille animus rebus pul-
cherrimis natus: Considera et illud tecum quantum sceferum gre-
gem voluptas admissa solet adducere. Est alius vicus fortasse non
nulla cum quibusdam virtutibus societas: libidini nulla/ sed cum
maximis plurimisque peccatis semper copulata est. Sit sane leve scor-
dari/ at grave non audire parentes: negligere amicos: prodigere re-
patriam: rapere alienam/ pelerare: perpetuare/ atrocitari/ malefici
fieri/ depugnare: homicidium committere: blasphemare in que oia
et his grauiora domina voluptas te transuersus rapiet/ ubi semel
tuis esse de fieris: eiusque capistro os miserum porrexeris. Per-
pede pretere: quod sit hec vita fumo fugacior: umbra inanius. Quos
laqueos nobis struat mors: nullo non loco: nullo non tempore in-
fidians. Dic non mediocriter profuerit/ et nominatim recollere/ si
quos ex tibi quondam notis: ex familiaribus/ ex equalibus: aut
etiam natu minoribus/ maxime vero ex his: quos aliquando tur-
pium voluptatum participes habueris. mors inopinata rapuit.
Estoque alieno periculo cautior. Cogita quod dulciter vixerint sed quod
amare vita defuncti sint: quod sero sapuerint/ quod sero ceperint odisse.
sua mortifera gaudia. Succurrat extremi iudicii severitas/ et non
retractande illius sententie metuendum fulmen in ignem eternum
mittentis impios/ et quod hec bozaria breuisque et exigua voluptas
eternis cruciatibus luenda sit. Hoc loco diligenter lancibus exa-
minas: quod iniqua sit permutatio/ pro turpissimo breuissimoque peri-
tu. et in hac vita multo dulcius prestantiusque animi gaudium per-
dere et in futura gaudys fraudari per benignibus: insuper nunquam si-
ciendos dolores tam umbratili delectatiuncula mercari. Porro
si durum tibi videatur: tantillum delectamenti pro Libusto conu-
tere/ recordare: quos cruciatus ille tui charitate susceperit. Pre-

der committines humane vite iniurias quantum sacrosancti san-
guinis pro te effuderit/que ignominiosa/que acerbam mortem pro-
te dependit & tu horum omnium immemor/ rursus filium
dei crucifigis/iterans insanas voluptates/que caput & dominum
tuum ad tam diros adegere cruciatus. Tum iuxta superiorem re-
gulam recole/quantum illi beneficiorum in te nihil dum prome-
ritum accumularit: pro quibus omnibus: quum nulla par gratia
rependi queat: tamen nullam repocit aliam/que ut exemplo ipse-
us a mortiferis illecebris coerceas animum. & ad summi boni
summiq; pulchri conuertas amorem. Compone inter se duas il-
las Venereas: & duos Lupidines. Platonicos: id est honestum a-
morem/ & sedum/ sanctam voluptatem/ & turpem/ confer vtriusq;
dissimilem materiam/ confer naturas/ confer premia. Et in om-
ni quidem tentatione: maxime vero quum ad libidinem sollici-
tatis/ proponito tibi ante oculos tuos/ angelum tui custodem/ om-
nium que vel facis vel cogitas assiduam spectatorem ac testem/
deum inspectatorem/ cuius oculis omnia patent: qui sedet supra
ceelos & intuetur abyssos. Et rem adeo sedam/ vt homuncione te
ste facere pudeat. non vereberis coram angelo tibi proximo/ deo
totoq; celitum choro spectante & execrante facere. Puta autem
id quod res est/ & si tibi oculi essent: plusquam Lyncei/ plusquam
aquilini/ tamen istis no clarissima luce certius conspexeris quod
coram te fecit homo/ que omnes animi tui latebre perspicue sunt
dei & angelorum conspectibus. Quin & illud tuo cum animo re-
puta/ quum libidini cedis alterum e duobus futurum/ aut vti se-
mel gustata voluptas sic mentem tuam excantet obscuretq; vt de
turpitudine eas in turpitudinem/ donec excecatus venias in sen-
sum reprobum & obstinatus in malo/ netum quidem queas vos-
luptatem turpem relinquere/ quum illa te deseruit. Id quod ple-
risq; videmus euenire/ vt effeto corpore extincta forma/ frigente
sanguine/ deficientibus viribus/ caligantibus oculis/ tamen ad-
huc pruriant sine fine/ & sceleratius turpiloqui sint quas olim fu-
erit impudici. Qua re quid esse potest execrabilis/ monstrosus-
q; Alterum vt si forte contigerit te singulari fauore diuino re-
suscipere/ maximo animi dolore/ summis laboribus/ plurimis la-
chrymis breuis illa & fugitiua voluptas explanda sit. Quanto
igitur consulens/ omnino non admittere virus voluptatum car-
naliu/ que vel in tam deploratam induci cecitatem/ vel tantil-
lam/ eamq; falsam delectatiunculam/ tanta molestia dependere:
Nam vero & a persone tue circumstantis multa licebit sumere que
te a voluptatibus auocare queant. Sacerdos es/ cogita te totum

diuinis rebus consecratum esse. Quam indignum tandem flagi-
 dum sine ore/quo corpus illud adorandum sumis:putidam sco-
 ti carnes contingere/ vtdem manibus/ quibus ministrantibus an-
 gelis ineffabile illud mysterium peragis/abominandas contrec-
 tare sordes. Quam non conueniant/ idem corpus/eundem spiri-
 tum cum deo fieri: r vnum corpus fieri cum meretrice. Si doctus
 es: tanto generosior: vndeq; similior animus/ tanto hac contumelia
 indignior. Si nobilissimus princeps/ quanto flagitium conspectius:
 tanto offendiculum grauius. Si coniugatus/ cogita q̄ honesta res
 sit tibi: immaculatus: daq; operam/ vt quoad fieri potest/ huius
 coniugium imitetur sanctissimas nuptias. Libisti r ecclesie: qua-
 rum gerit imaginem: id est vt q̄ minimum habeat turpitudinis
 plurimum secunditatis. In nullo enim vite statu non turpissimu
 est seruire libidini. Si iuuenis es: etiam atq; etiam considera: ne
 florem cui nuncq; rediturum: temere polluas. Ne re sedissima per-
 das annos/ optimos/ vtereq; aureos/ qui r fugiunt perniciosissime: r
 recurrunt nuncq;. Ne nunc per inscitia r incogitatum etatis com-
 mittas/ quod te in omnem vsq; vitam mordeat: persequente sce-
 lerum conscientia/ r amarissimis illis aculeis: quos fugiens volu-
 ptas in animis nostris relinquit. Si mulier: istuz sexum/ nihil ma-
 gis decet/ q̄ pudor. Si vir tanto maioribus rebus dignus/ r istis
 tam frivolis indignior. Si senex opta tibi oculos alienos: vt vide-
 as q̄ te dedeceat voluptas/ que in adolescentibus miseranda qui-
 dem est r coercenda/ in vetulo vero portentosa/ r ipsis quoz vo-
 luptatum sectatoribus deridicula. Inter omnia monstra nullum
 monstruosius senili libidine. O delire/ r nimium oblite tui/ saltem
 ad speculam/ canos r capitis niues: aratamq; rugis fronte: cada-
 ueriq; simillimam faciem contemplare: ac iam capulo proximus
 alla annis tuis magis consentanea cura. Saltez quod ratione de-
 cuerat facere: hoc annis admonentibus vel cogentibus potius fa-
 cito. Ipsa iam te voluptas repellit/ meq; ego inquiens iam tibi de-
 cora suz neq; tu mihi idoneus. Lusiſti satis/ edisti satis atq; bibisti
 Tempus abire tibi est. Quid adhuc vite perpremis deliciis/ quoz
 ipsa etiam te deserat vita? Jam tempus est vt aliquando incipiat
 i sinu tuo cubare mystica illa cubina Abyſag. Ea sancto feruore
 calefaciat mentē tuā: bulus amplexibus frigētia mēora confoue.

Epilogus remediorum contra incentium libidinis.

Iam vero vt summam perstringam: hec sunt potissi-
 mum: que te a carnis illecebris tutum reddēt. Primum.
 occasionum omnium cauta ac diligens fuga. Quod pre-
 ceptum quamq; in reliquis quoz conuenit obseruari.

propterea: quod qui periculis amat dignus est/ qui in illo percat
tamen be potissimum sunt ille Syzenes quas haud fere quisq̃
enast: nisi qui procul aufugit. Deinde victus ⁊ somni moderatio
Temperantia a voluptatibus etiam permissis. Respectus mor-
tis tuę ⁊ mortis Christi contemplatio. Iuabunt ⁊ illa: si cum ca-
stis ⁊ integris conuixeris si corruptorum ⁊ mollium colloquia:
veluti pestem quandam vitaris. Si solitudinem ociosam ⁊ ocium
ignauum fugeris. Si animum celestium rerum meditatione:
honestisq̃ studijs gnauius exercueris. Maxime vero: si sacrarū
litterarum vestigationi toto pectore te consecraris. Si ⁊ frequen-
ter ⁊ pure oraueris: maxime irruente tentatione.

Aduersum irritamenta auaricie

Senseris te vel natura propensiozem ad pbilargirię
vicium: vel a diabolo instigari: recale iuxta superiores
regulas dignitatem conditionis tuę: qui ad hoc tan-
tum creatus es/ in hoc redemptus/ vt summo illo bo-
no semper fruaris. Totam vero hanc mundi machinam fabri-
catus est deus: vt omnia tuis seruirent vsibus. Quam sordidum
igitur angustū animi: non vti: sed tantopere demirari: res mu-
tas ⁊ vilissimas. Tolle hominum errorem: quid erit animum ⁊ ar-
gentum: nisi terra rubra ⁊ alba. Quod nemo gentilium philoso-
phorum non contempserit: hoc tu pauperis Christi discipulus ⁊ ad-
longe meliorem possessionem vocatus: vt magnus quiddam ad-
miraberis. Non possidere diuitias/ sed contemnere diuitias ma-
gnificum est. Sed reclamationi mihi vulgus nomine tantum Chris-
tianorum: ⁊ seipsum callidissime gaudet fallere. Ipsa inquit
necessitas nos hortatur/ vt rem faciamus: quę si fuerit nulla: ne
vivere quidem liceat: si contractio: nimis incommode viuatur:
sin lautior: vberiorq̃: plurimum adfert commoditatis. Consuli-
tur valitudini: prospicitur liberis: commodatur amicis/ excludi-
tur contemptus: deniq̃ ⁊ fama melior/ quum res bene habet. Ex
aliquot Christianorum milibus: vix vnum atq̃ alterum inueni-
as/ qui ista non ⁊ dicat ⁊ sentiat. Verum vt isti ad vtrumq̃ res-
pondeam primum quod cupiditatem suam necessitatis nomine
pretextunt/ obyciam illis vicissim parabolam euangelicam: de li-
tis ⁊ tribus in diem viuentibus/ ad quorum imitationem nos
hortatur Christus. Obyciam: quod idem ne peram quidem aut
saeculum suis gestandum permiserit. Obyciam: quod nos reli-
quis omissis iubet ante omnia querere regnum dei: ⁊ hec omnia
nobis adycienda promittit. Quando vnq̃ non suppetierit victui.

necessariis qui toto pectore pietati studuerunt: Quantum ve-
ro est illud: quod a nobis natura flagitat: Atqui tu necessitatem
non visibus nature sed cupiditatis terminis metiris. Dux non est
et illud satis est: quod nature parum est. Quamquam equidem ante
valde miro: istos. qui rem vniuersam suam semel relinquunt: vt
impudentius mendicent alienam. Non est culpa possidere pecu-
niam/ sed mirari pecuniam cum vicio coniunctam. Si affluit
fungere boni dispensatoris officio: sin eripitur: ne macerare tan-
quam re magna spoliatus/ imo gaudere tibi detractam sarcinam per-
iculosam. Verum qui precipuum vite studium in coarctandis
opibus consumit: qui eas vti pretiarum quiddam et expectandus
suspicit/ et porro in longum/ inque Nestoris vsque senectam recon-
dit/ is fortasse bonus mercator recte dicitur/ bene Christianum
equidem non dixerim: qui totus de se pendeat/ et de Christi pro-
missis diffidat. Cuius bonitas quam passerculos benigne/ et pa-
scat: et vestiat/ hominem primum sibi quod fidem detestatur scilicet:
Sed iam commoditatum/ quas adferre creduntur rationem in
eamus. Primum etiam gentium philosophorum consensus
ter vtilia bona diuitem postremum locum obtinent/ et quam iuxta
Epicteti partitionem: preter vnam animi virtutem: reliqua om-
nia extra hominem sunt: nihil tamen tam extra nos est: quam pecu-
nia: nihil tam exiguum adfert comoditatem. Etenim si quicquid
vis est auri: quicquid gemmarum id omne tu solus possideas:
num ideo tua mens fuerit: vel pilo melior/ num prudentiorum
doctior: Num corporis validus prosperior: Num valentiorum
formosiorum: iuniorum reddet: At voluptates parit. Verum sed
mortiferas. Sed honorem conciliat. At quem tandem: Nempe
quem falsum tribuunt ei: qui non nisi stulta mirantur: et quibus
placuisse: pene vituperari est Verus bonus est laudari a laudatis
sumus bonus est placuisse Christo. Verus bonus non optum/
sed virtutis est premium. Cedit tibi: suscipit te plebecula. Stulte:
vestes illi tuas mirantur/ non te. Quin tu in te ipsum descendis/
et animi tui miseram pauperiem consideras: quam vulgus si vi-
deret: tam miserandum indicaret: quam nunc beatum predicat. Ve-
rum amicos res comparat. Gateor/ sed falsos: neque tibi eos com-
parat. sed sibi. Atque adeo isto titulo vel infelicissimus est dices:
quod amicos ne dignoscere quidem queat. Alius in sinu odit vt
tenacem/ alius inuidet/ vt opulentiori/ alius ad se spectans assen-
tatur/ et arridet: vt arrodat. Coram qui est amantissimus/ matu-
ram mortem peccatur. Nemo tam amat/ quin mortuum malit/
quam viuum. Nemo tam familiaris/ quo verum audiat. Quod si
maxime sit: qui diuitem sincere diligit: ille tamen non potest

quenq̄ non habere suspectum omnes vultures indicat: cadaveri
 inbiantes: omnes muscas ad suum compendium aduolantes.
 Quicquid igitur commoditatis videntur adducere: id fere | succu-
 tum: vmbriticum: prestigiosumq̄ est. At verorum malorum plu-
 rimum adferunt verorum bonorum plurimum adimunt. Pro-
 inde si bene accepti atq̄ expensi rationem subduxeris: profecto
 reperies. nunq̄ tantum adferre commoditatis quin nimio plus
 incommodorum secum trabat. Quam miseris laboribus paran-
 tur quantis periculis quata sollicitudine seruantur: quanto dolo-
 re amittuntur. Quibus de causis ⁊ spinas appellat Christus: quod
 omnem animi tranquillitatem: qua nihil homini dulcius: mille
 curis dilaniant. Neq̄ vnquam sitim sui sedant: verum magis ac
 magis irritant. In omne nefas precipites agunt. Neq̄ tibi fru-
 stra blandiare dicens: nihil prohibet pariter ⁊ diuitem esse. ⁊ plus
 Memento quid dixerit veritas: facilius esse camelum transire
 per foramen acus: q̄ diuitem intrare in regnum celorum. Plane
 q̄ verum est illud apud diuum Hieronymum: diuitem homines
 iniqui aut dominum esse/ aut heredem. Ingens opulencia nunq̄
 sine peccato/ vel paratur/ vel seruatur. Logita: quanto meliori-
 bus opibus te spoliunt. Odit enim virtutis indolem/ odit bone-
 stas artes: quisquis admirator est auri. Preterea vnum auaricie
 viciū idololatria nominatur a Paulo/ neq̄ cū vilo proxius alio
 minus conuenit Christo. Nec idem potes ⁊ deo seruire ⁊ Mam-
 monę.

**Epilogus remediorum contra
 viciū auaricie.**

Delines igitur mirari pecuniam/ si vera bona cum falsis
 si fucata commodatus: veris incommodis diligenter
 expenderis. Si summum illud bonum contemplari at
 q̄ amare condidiceris: quod vnum quum adest: etiam
 si reliqua omnia defuerint: abunde explet animum hominis: qui
 capaxior est/ q̄ vt vel vniuersis huius mundi bonis queat satiari.
 Si crebro tibi reuocaris ob oculos: qualem te primum terra na-
 scentem exceperit/ qualem item receptura sit morientem. Si sem-
 per cogitationi obuersetur tuę stultus ille euangelicus: cui dictus
 est/ hac nocte repetent a te animam tuam: ⁊ hec que congregasti
 cuius erunt. Si mentem a deprauatis vulgi moribus ad Marię
 apostolorum: martyrum/ maxime Christi capitis tui paupertate:
 flexeris: semperq̄ veb illud tibi memendum esse statuas: quod
 ille diuitibus huius seculi minatus est.

Contra ambitionem

S

Quando incantamentis suis tentabit animum tuum
ambitio: his remedijs eum premanies. Statim iuxta
ea que supius tradidimus/ hoc mordicus teneto: soluz
eum honorem esse/ qui a vera virtute proficiscitur: que
ipsum tamen oportet interdum fugitare/ quemadmodum et ser-
mone et exemplo nos docuit Christus Jesus. Unicum autem ho-
nozem: et homini Christiano expetendum esse/ non ab homini-
bus/ sed a deo collaudari. Et enim quem ille commendat (vt in-
quit Apostolus) is demum probatus est. Honor autem/ si ab ho-
mine defertur/ ob rem inhonestam: utiq; a turpibus: non honor
iste: sed ingens est probum. Si ob mediam/ puta formam/ vires
opes/ genus: ne tum quidem honor recte dicitur. Nemo enim pro-
meretur honorem ea re/ qua non meretur laudari. Si ob bone-
stam/ bonus quidem erit/ at non appetet/ qui promeretur: ipsa ni-
mirum virtute et conscientia recti contentus. Uide igitur quod des-
ridiculi sint honores isti quorum cupiditate tantopere vulgus estu-
at. Primum enim a quibus tandem dantur: Nempe ab his qui-
bus nullam discrimen honesti atq; inhonesti. Ob que: Plerumq;
ob media: non nunq; ob turpia. Lui: Indigno. Quisquis igitur
honorem exhibet: aut metu facit/ et vicissim est metuendus/ aut vt
prosis: et ridet te: aut quia miratur res nibili nulloq; honore dig-
nas/ et miserandus est/ aut quia te iudicat his rebus ornatum: qui
bus honos debeatur: quod si falso opinatur: cura vt fias id: quod
ille te putat esse: sin vere omnem honorem tuum in eum refer-
at: cui debes et illa quibus honos tribuitur. Tam non conuenit tibi
arrogare honorem: quod non debes tibi arrogare virtutem. Alio-
qui quid amentius: quod tui precium de hominacionum opinione
metire: Quibus in manu est simul atq; collubuit: hoc ipsum ho-
noris quod largiuntur: rursus auferre: ac te modo honestatum
debonestare. Proinde nihil stultius/ quod talibus honoribus/ vel ge-
stire/ quam contingunt: vel ringi/ quam auferuntur. Quos veros
non esse vel hoc intelliges argumento: quod sunt cum pessimis
et sceleratissimis communes. Imo nullis fere contingunt copio-
sius: quod his qui sunt veris honoribus indignissimi. Logita quod bea-
ta tranquillitas modestę priuatę et ab omni superbię strepitu se-
motę vitę. Contra quod spinosa/ quod plena curarum/ periculorum: do-
lorem vita potentium. Quam difficile secundis in rebus non ob-
liuisci sui. Quam arduam in lubrico stantem non cadere. Quam
capitalis ex alto ruina. Omnem honorem summo cum onere co-
iunctum esse. Quam seuerum iudicium supremi iudicis in eos fa-

turum sit: qui hic sese in honoribus usurpandis ceteris anteposa-
 erit. Et enim q̄ sese demiserit ei: vt puillo succurret misericordia:
 Qui vero sese vti spectatum erigit: sibi ipsi gratie subsidium in-
 tercludit Christi capitis exemplum semper animo inderet tuo.
 Quid illo secundum seculum ignobilius/ despectius/ in honorati-
 us: Quam fugit etiam oblatos/ qui quouis honore maior erat.
 Quam verisit a sella sedens. Quam damnauit palla tectus/ et spi-
 nis coronatus. Quam non gloriofam mortem eligit. Sed quem
 mundus contempfit/ hunc glorificauit pater. Tua gloria fit in cru-
 ce Christi in qua et salus est tua. Quorum tibi humanos bono-
 res: si te reyciat: despiciatq; deus/ execrentur angeli:

Contra elationem tumoremq; animi.

Quoniam intumesces animo/ si in cetera tritissimum illud ad-
 gium cognosis temetipsum/ id est si quicquid in te ma-
 gnum/ quicquid pulchrum/ quicquid preclarum/ id dei
 munus/ non tuum bonum esse ducas. Contra quicquid
 humile/ quicquid sordidum/ quicquid prauum/ id totum ad te so-
 lum referas. Si memineris/ quantis in sordibus conceptus sis/
 quantis natus/ q̄ nudus/ q̄ inops/ q̄ brutus/ q̄ miserandus in
 hanc lucem proreperis. Corpusculum istud/ quod vndiq; mor-
 bis quot casibus/ quot erumnis expositum sit. Immanem istum
 gigantem et immenso turgentem spiritu quantula res possit re-
 pente conficere. Expede et illud/ cuiusmodi sit istud/ vnde tibi pla-
 ces. Si medium/ stulticia est/ si turpe/ dementia/ si honestum/ ingra-
 titudo. Memineris nullum aliud esse certius stoliditatis insipi-
 entieq; documentum/ q̄ si quis sibi vehementer placeat. Prete-
 rea nullum stulticie genus esse deploratius. Si turgescit animus/
 quod se tibi submittit homuncio/ cogita/ quanto maior/ quanto-
 q; potentior tuo immineat capiti deus/ qui omnem ceruicem gla-
 tam deprimat/ et omnes colles in plana deducit/ qui ne angelo qui-
 dem superbienti pepercit. Conducent et illa/ licet leuioza. si te sem-
 per componas cum prestantioribus. Places tibi de forma cor-
 poris/ confer te cum is qui te forma precedunt. Criticas erigit ti-
 bi doctrina/ ad eos refer oculos/ ad quos tu nihil didicisse vide-
 aris. Deinde si reputaris/ non quantum adfit bonorum/ sed quan-
 tum deest/ et cum Paulo oblitus eorum que a tergo sunt/ enitarius
 ad ea que a fronte resiant. Preterea non inscitum fuerit et illud/
 si afflante superbie vento/ mox nostra ipsorum mala vertamus
 in re medium/ quasi venenum veneno pellentes. Id ita fiet/ vbi si
 quod ingens corporis viciu/ si quid insignis incommodi no-

bis vel fortuna dedit/ vel attulit stulticia/ quod animam vana-
menter mordet/ id ante oculos statnamus & panonis exemplo/
ea nostri parte nosmetipsos potissimum contempnimur/ qua su-
mus deformatissimi/ ita fiet/ vt statim subdant cruce. Ad hoc pe-
teris quod non aliud vicium deo inuitus est: & apud homines in-
primis vbiq; odiosa/ atq; irrisa arrogantia/ quum contra modes-
tia/ & diuinum fauorem conciliet/ hominum beniuolentiam ad
glutinet. Ergo vt summam dicam/ duo precipue prohibebunt
a superbia/ si consideres quid ipse sis in te/ putredo in exortu/ bul-
la in omni vita/ esca vermium in morte/ & quid I. bristius factus
sit pro te.

Aduersus iram & vindictę cupiditatem.

Quam te vebemens animi dolor/ ad vltionem extimu-
lat/ memineris nihil esse minus iram/ q̄ quod falso
imitatur/ puta fortitudinem. Nihil enim eque mulie-
bre/ nihil tam imbecillis prociq; animi q̄ vindicte
letari. Animosus videri studes: quod inultam iniuriam non pas-
teris: at isthoc demum pacto prodis puerilitatem tuam: qui/ quod
est viri proprium/ animo temperare non queas. Quanto fortius:
quanto generosius/ alienam stulticiam contemnere: q̄ imitari.
At nocuit: ferox est insulstat. Quo turpior est: hoc magis caue: ne
fias illi similis. Quę malum vesania est: vt alienā improbitatem
vliciscaris: te fieri improbiorem. Si contempseris contumeliam
intelligent omnes indigno factam. Sin commoueare: iam infe-
rentis causam feceris meliorem. Deinde illud reputat: quod res
est/ si quod est acceptum incommodum: id neutiq; tolli vindicta:
sed propagari. Quis enim deniq; finis fuerit mutuarum iniuria-
rum: si suum quisq; dolorem perrexit vindicta retaliare. Cres-
cunt vtrinq; inimici: incrudescit dolor: qui quo inueteratior est:
hoc nimirum insanabilior. At lenitate tolerantiaq; sanatur non
nunq; etiam is qui fecit iniuriam: & ad se reuerfus/ ex inimico fit
certissimus amicus. Per vltionem vero malum ipsum quod a
te cupis depellere: id in te recipiatur: non sine malo fenore. erit
& illud non inefficax irę remedium/ si iuxta superiore[m] rerum
partitionem: consideres hominem homini non posse nocere: si
noluit: nisi in his que sunt extraria bona: nec ad ipsum hominem
magnopere pertinent. Nam vera animi bona solus deus potest
eripere: quod non solet: nisi ingratu/ solus potest lagiri/ quod non
consuevit immitibus & ferocibus. Nemo igitur I. bristianus le-
ditur nisi a semetipso: nulli nocet iniuria: nisi suo amboi. Ad-
iuuant & hęc tam: si leuioza: ne dolori mentis obsequere: sed tota

mode collectis rhetorum circumstantiis: pariter et tamen in com-
modum extenues: et alienam eleues iniuriam: bis ferme modis.
Lesit: sed facile resarcietur. Tum puer est: rerum imperitus ado-
lescens: mulier est alieno fecit instinctu: imprudens: probe potius
equum est ignoscere. At contra grauius quidem lesit: sed pater
est/ frater: preceptor/ amicus/ vxor/ par est. hoc doloris illius vel
charitati/ vel auctoritati condonare. Aut paria faciens iniuriam
cum alijs illius in te beneficijs compensabis: vel cum tuis in il-
lum offensis exequabis. Sic quidem lesit: sed alias quod sepe profu-
it: illiberalis est animi: benefactorum obliuisci: iniuriolę memi-
nisse. Nunc me offendit: sed quoties a me offensus. Ignoscam
illi: ut mihi meo exemplo ignoscat et ipse delinquenti. Porro
multo presentius remedium fuerit: si in peccato hominis in te/
cogites que: quanta/ quoties tu peccaris in deum/ quod multis no-
minibus illi sis obnoxius. Quantum tu remiseras debitori fra-
tritantum tibi condonabit deus. Hanc dissoluendi eris alieni
rationem nos docuit/ creditor ipse. Non recusabit legem/ quam
ipse statuit. Tu ut a culpis exsoluaris. Romam curfitas: nauigas
ad diuum Iacobum: emis condonationes amplissimas. Equi-
dem non damno: quod facis: sed ut omnia facias: nulla tamen
commodior ratio: que post offensam reconcilieris deo: quod si tu
offensus reconciliere fratri. Lodona leuen culpam proximo (le-
ue enim est: quicquid homo peccat in hominem) ut tibi tot milia
culparum condonet Christus. At durum est inquis animum ex-
candescens comprimere. Non tibi succurrit: quanto duriora
pro te tulerit Christus: Quid eras: quum pro te impenderet ani-
mam preciosam: Nonne inimicus: Qua lenitate quotidie te to-
lerat veteres iterantem noxias: Postremo qua mansuetudine il-
le pertulit probra/ vincula/ verbera/ denique mortem probrosissi-
mam: Quid te iactas de capite/ si non curas esse in corpore: Non
eris membrum Christi: nisi sequeris vestigia Christi. Sed indig-
nus est: cui cognoscat. Ita ne tu dignus eras / cui ignosceret
deus: In tempore vis experiri misericordiam: et in fratrem vis ex-
cercere seueram iusticiam. Magna est si peccator ignoscas pec-
catori: quum Christus pro crucifixoribus suis orauerit patrem.
Arduum est non referre fratrem: quem iuberis et amare: Durum
est non remetiri maleficium: pro quo nisi beneficium rettuleris:
non hoc eris in seruum tuum quod fuit Christus in seruum
suum. Postremo si indignus hic cui beneficium pro maleficio re-
pendatur at tu dignus qui facias: dignus Christus pro quo fit.
Sed veterem serendo iniuriam inuito nouam. Repetet iniurias

**Hanc abfulerit impune. Si citra culpam potes vitare: vita, si me-
deri: medere/ si refarcire refarci. Si sanare furentem: sana. Sin-
istius: pereat ille solus potius q̄ tecum. Istum qui se damnatum
dedisse putat/commiseratione non pena dignum puta. Uis cum
laude irasci: Irascere vicio/non homini. Sed quo natura propen-
sior es ad hoc vicij: tanto diligentius ternet multo ante p̄muni-
to: semelq; hoc decretum penitus animo inculpato tuo/ ne quid
vnq; vel dicas vel facias iratus. Nihil tibi credideris commoto.
Suspectum habeto qui: quid impetus ille animi dictauerit: etiaz
si sit honestum. Memineris inter p̄breneticum/ z ira bachantem
nihil plus interesse: q̄ inter b̄uensem z perpetuam insaniam.
Sic currat: q̄ multa per iram vel dixeris/ vel feceris: penitenda
que iam frustra mutata cupias. Proinde quum tibi bilis efferue-
scit: si te non potes illico totum ab ira vendicare/ saltem eatenus
resipisce: vt te memineris sanum non esse. Hoc inemineris sani-
tatis pars est nonnulla. Sic tecū cogita. Nunc quidem ita sum af-
fectus: at paulo post multo alia mente fuero. Quir ego interim
dicam in amicum iratus: quod postea placatus mutare non que-
am: Quir nunc faciam insanus/ quod mihi redditus magnope-
re doleam: Quir non hoc potius a me impetret ratio: quir non
impetret pietas: deniq; quir non impetret Christus: quod tem-
pus ipsam paulo post impetrabit. Memini (opinor) tantum atre-
bilis addidit natura: quin saltem hactenus sibi possit imperare.
Optimum autem fuerit sic instituto: ratione/ assuetudine durare
animum/ vt omnino non commoueare. Perfectum erit/ si vicio
tantum indignatus: pro consumelia reponas officium c̄baritatis.
Postremum z humane temperantie: ne te totum animo permit-
tas. Proximum non irasci/ deo simillimum est/ eoq; pulcherrimum.
Malum in bono vincere est perfectam Christi Jesu c̄baritatem
emulari. Gram premere frenosq; coercere: hominis est cordati. in-
dulgere bili: ne hominis quidem est/ sed plane ferarum/ idq; im-
mitium. Quod si iuuat cognoscere: q̄ veuementer sit indecorum
homini ab ira superari/ fac sanus quum es/ vultum irati contem-
plere/ aut ipse iratus speculum ad eas. Quum sic flammantes ar-
dent oculi/ pallent genę: distorquetur os: spumant labia/ tremunt
membra/ fremit vox/ non constat sibi gelus: quis te existimet ho-
minem esse. Vides amice suauissime q̄ immensus pateat equos.
de reliquis vicijs consimili modo differendi. Sed nos medio in-
curfu vela colligemus: id quod reliquus est tue sollertie relicturn.
Neq; eni p̄positi nostri erat z sane q̄ infinitū fuerit/ ita vt cepim⁹
Regula viciozū genera singulis quasi declamatiōibus dissuadere:**

atq; ad his oppositas virtutes adhortari. Tantum volui: quod tibi satis fore credebam: rationem: et artem quandam nouę militię commonstrare: qua te posses aduersus pıstine vitę repullulantia mala communire. Itaq; quod nos in vno atq; altero exempli causa fecimus: id te ipsum oportebit facere: quum in singulis/tum potissimum in his: ad quę cognoueris te/sive naturę/sive consuetudinis vicio peculiariter instigari. Aduersus hęc certa quędam decreta in albo mentis nostrę describenda sunt: atq; ea ne desuetudine obsolescant: subinde renouanda. Veluti contra malum obrectationis: turpiloquij/inuidentię: gastrimargię/et id genus reliqua. Dy soli sunt hostes militum Christianorum: in quorum assultum: orationes sententię sapientum: dogmatibus diuine scripturę: exemplis piorum hominum/et maxime Christi: multo antea premuniendus animus. Hęc omnia tamen non dubitem/quin assatum tibi suppeditatura sit sacra lectio: tamen frater nā charitas nos est adhortata vt saltem hac ex temporalis scripturę u. uicula pro mea virili sanctum tuum propositum promouerem adiuaaremq;. Id quod eo feci maturius: quod nonnihil metuerem: me in superstitiosum illud religiosorum genus incidere: qui partim questui serientes suo: partim ingenti zelo/ sed non secundum scientiam: circumeunt mare et aridam: et sicubi nacti fuerint hominem a vicis ad meliorem vitam iam resipiscentem: eum illico improbissimis hortamentis: minacis: blandicis: in monachatum conantur detrudere: perinde quasi extra cucullum. Christianissimus non sit. Deinde vbi scrupulis meris: et inextricabilibus spinis pectus illius expleuerint/ ad humanas quasdam traditionunculas astringunt: planeq; in Iudaismum quandam precipitant miserum/ ac trepidare docent non amare. Non achatus nō est pietas/ sed vitę genus: pro suo cuiq; corporis ingenij/ in habitu vel vtile vel inutile. Ad quod equidem vt te non adhortor: ita ne dehortor quidem. Hoc modo commoneo/ vt pietatem neq; in cibo: neq; in cultu: neq; vlla re visibili constituas/ sed in is que tradidimus. In quibuscumq; vero deprehenderis veram imaginem Christi/ cum is te copula. Porro vbi desunt homines quorum cōuictus te reddat meliorem/ abducito te quantum potes ab humano consortio/ et prophetas sanctos. Christum apostolos/ in colloquium ascisce. In primis autem Paulum tibi facito familiarem. Dic tibi semper habendus in sinu: nocturna versandus manus versandus diurna: postremo et ad verbum ediscendus. In quem nos iam pridem enarrationem magno studio molimur. Audax quidem facinus: sed tamen diuino auxilio freti: sedulo dabimus

operam: ne post Origenem/ Ambrosium/ Augustinum/ ne post tot recentiores interpretes hunc laborem omnino vel sine causa/ vel sine fructu suscepisse videamur. Atq; vt intelligant calumniatores quidam: qui summam existimant religionem: nihil bonarum literarum sciri ex quod politiozem veterum literaturam per adolescentiam sumus amplexi/ quod vtriusq; lingue. Hæc pariter ac latine mediocrem cognitionem: non sine multis vigilijs nobis perimus; non ad famam inanem/ aut puerilem animi voluptates spectasse nos/ sed multo ante fuisse premeditatos: vt dominicum templum/ quod nonnulli inciticia barbaricq; sua nimis debeatentur/ exoticis opibus pro viribus exornaremus quibus et generosa ingenia possent ad diuinarum scripturarum amorem inflammari. Sed hac tanta re pauculos dies intermissa: hunc laborem tua causa assumpimus. vt tibi veluti digito viam que conpendio ducit ad Christum/ indicaremus. Precor autem Jesum istius (vti spero) propositi parentem: vt salubribus tuis ceptis benignus aspirare dignetur: imo vt suum in te mutando munus ageat perficiatq;: quo cito grandescas in eos et occuras in virum perfectum. In eodem bene vale frater et amice/ semper quidem animo dilecte meo: at nunc multa q̄ antebac tum charior: tum incundior. Apud diui Audomari/ ex monasterio Bertinico anno a Christo nato supra millesimum quingentesimo primo.

Finis Enchiridy.

In commendationem huius libelli Christianiss.
 Doc tetraſticbon ludebat Joannes Dunterius

Quisquis amat Christum: per sancta dogmata Christi
 Doc mercare tibi candide lector opus
 Candide lector opus mercare insignis Erasmi
 Lutus diu nomen nouit vterq; polus.

Impressum Louany opera Theodorici Martini Aluſtenſis
 Anno salutis supra millesimum quingentesimo decimo quinto
 septimo kalendas Julias.